2146.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

1157 DA Box

N° 2146.



M Fischer fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

=LN 664 ex. 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

2146

C. ERASMI MICHAELII *LÆTI*

BVCOLICA,

Cum dedicatoria
PHILIPPI MELANTHONIS
Præfatione.

VVITEBERGÆ
Anno 1560.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

2146

SERENISSIMO
PRINCIPI AC POtentiſſimo Domino, D. FRIDERICO, II. Danorum Nortuagicorum, Gottorum Vandalorumq́; Regi; Duci Sleſuicenſi, Holſatiæ, Stormariæ ac Ditmarſiæ, Comiti in Oldenborg ac Deelmenhorſt, Domino ſuo Clementiſſimo
S. D.

D*VLCISSIma & neceſſaria conſolatio quotidie in Symbolo repetitur: Credo eſſe ſanctam Eccleſiam Catholicam: quæ ſæpe multumq́ cogitan-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

da eſt, & opponenda confuſionibus generis humani, propter quas anxiæ mentes quærunt, quæ pars generis humani Deo placeat. Sed certò ſtatuamus, nequaquàm dubias eſſe patefactiones diuinas, quæ teſtantur genus humanum non caſu ex Democriti atomis confluxiſſe, nec tantùm ad miſerias naſci, Sed eſſe cœtum diſtinctum à reliqua multitudine hominum, in quo fulgebit Deus manifeſta luce in tota æternitate, & cui communicabit ſuam ſapientiam ſine erroribus, ſuam iuſticiam ſine labe, & ſuam læticiam ſine conſternatione & ſine triſti fremitu.

Qui ſit autem hic cœtus verè placens

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

placens Deo, & vbi ſit, ſapienter in teſtimonijs diuinis quærendum eſt: Non enim Deus perire vniuerſum genus humanum voluit, nec fruſtrà Filium miſit proferentem decretum de ſalute noſtra, nec fruſtrà conſtituit eum victimam pro nobis. Etſi hæc ſapientia longè extra & ſupra iudicia creaturarum poſita eſt, tamen diuinis teſtimonijs adſentiamur, & in hanc arcem, id eſt, in veram Eccleſiam nos iucludamus, & ad protegendam, fouendam & ornandam eam conſilia, labores & ſtudia referamus. Hanc obedientiam Deo gratam eſſe non dubium eſt, ſicut ſcriptum eſt: Beati qui habitant in domo tua Domine.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Etſi autem multi glorioſi Reges & Duces athei hanc ſapientiam contempſerunt, ut Alexander, Iulius, Pompeius & alij innumerabiles, tamen & aliquos inſignes Deus ad Eccleſiæ ſocietatem vocauit: Dauidem, Ioſaphat, Ezechiam, Ioſiam, Cyrum, Conſtantinum, Theodoſium.

His & Patrem tuum Regem Chriſtianum iuſtißimè annumeramus. Etenim & ipſe rectè inuocauit Deum, & in plurimis gentibus Regni ſui incorruptam Euangelij uocem reſtituit, & Idola deleuit. In omnibus pijs hiſtorijs uult Deus hæc ſua beneficia aſpici & celebrari: & ut gloria eius illu-

ſtretur, & ut multorum ſapientum & piorum principum exemplis confirmemur. Fuerunt illuſtres & glorioſæ ipſius victoriæ in armis, Sed multò glorioſius eſt, quòd harum victoriarum finem eſſe voluit, non ocium populi, non Fiſci incrementa, propter quæ ſæpe bella geruntur, ſed piam & ſalutarem Eccleſiarum conſtitutione legum, iudiciorum & diſciplinæ emendationem.

Hæc cùm ſplendido Carmine vir excellens eruditione, conſilio & venæ flumine C. Eraſmus Lætus, in maxima huius operis parte complexus ſit, & tibi Rex Inclyte, & vniuerſæ Daniæ hoc ornamentum gratulor. Nec tantùm venæ vber-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

vbertatem, ſed honeſtiſsimam uo-
luntatem eius boni & eruditi lauda-
bunt, quòd cùm ſciat venam verè
opus & donum Dei eſſe, potiſsi-
mùm eam in diuinis laudibus conſu-
mit. Reuerenter igitur oro Re-
giam Celſitudinem tuam, ut hoc &
ingenij Eraſmi & voluntatis ſpeci-
men clementer accipiat.

Ego verò tametſi totum opus
& libenter lego, & iudicium auto-
ris magnifacio, quòd cum ea ſcriben
di vena præſtet, quam & eruditos
nunc amare, & gratam ſcio futu-
ram eſſe poſteris, ad res vtiles po-
tius & honeſtas animum ac dicen-
di vires conferat, quibus & gloria
patriæ ingens conciliari, & bono-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

2146

rum voluntates retineri queant, quàm ad tragica quædam & maleuola ſcripta, quibus aut diſtractiones animorum in honeſtis Regnis, aut Nationum odia vel exuſcitari vel confirmari poſſent: Imprimis tamen ea parte delector, quæ Patris tui, Tuæq́ etiam Maieſtatis mentionem facit, quod in illa quidem comprehenſa eſſe iudico, quæ omnino neceſſe eſt in Eccleſia ac Scholaſticorum cœtibus ob memoriam à poſteritate retineri. Itaq́ non tantùm moderationem ipſius ac conſilium probaui, verum etiam hortatus ſum, vt hoc ſcriptum in publicum emitteret, & quæ prudenter elaborarat, alijs ante reditum in patriam communicaret.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Gaudeo verò doctrinis & Muſis, quæ alibi horribili ſæuicia dilacerantur, tamen in Dania & hoſpicia & Halcyonia mediocria reſtare. Nec facilè Regnum ullum hoc tempore maiore frequentia eruditorum antecellit. Cùm mihi interdum in memoriam venit Clariſsimus vir Iohannes Synningius, quem et nos olim in hac Schola vnicè dileximus, & ante aliquot annos in patria ob eximiam eruditionem ac pietatem, Teſtimonio Doctorum in Theologia ornatum audiuimus, non poſſum equidem non dolere, tam vtilem Regno atq; Eccleſiæ Chriſti virum, tanto ætatis flore tantaq; omnium noſtrorum expectatione è medio abreptum eſſe: cùm non do-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

ctrina tantùm, ingenio, ſtudijs ac diligentia Cōterraneos ſuos propemodum ſuperaret, verùm etiā modeſtia atq; integritate ita probaretur uniuerſis, ut nihil penè me ex illa terrā, quod quidem ad ingenij præſtantiam morumq; ſuauitatem attinet, elegātius vidiſſe recordari poſſum, quanquam & Palladij labores ac diligētiam nouimus, et in docendo rectitudinē meritò prædicamus: Tamen cùm & multos adhuc in Regno Maieſtatis tuæ præclarè eruditos eſſe ſciam, et plures propediem futuros ſperē, qui doctrina commendari mereātur, cumprimis certè lætor. Hāc ad rem dulciſſima pax, & tua munificentia digniſſ: bono Rege plurimum conducit. Sæpe enim nar-

rat nobis Eraſmus noſter tuam erga ſe, erga Iacobum Bordingum & multos alios eruditiſsimos & integerrimos uiros regiam beneficentiam: eamq́ ob cauſam decreuit omne ſtudium & omnes ingenij vires ad ornandas Eccleſias, & retinendum pium conſenſum conferre, memor ſeueriſsimi mandati: Diligite ueritatem & pacem.

Datæ die 4. Aprilis. Anno 1560.

T. Maieſtati
deditiſs.
Philippus
Melanthon.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

C. ERASMI MICHAELII LÆTI,

ECLOGA I. DAMON.

DAMON, MOERIS.

FOrtè ſub æſtiuo Phœbeæ lampadis ortu,
Quàm prius extulerat candentes lumine uultus
Titan, Eoum radios iaculatus in orbem:
Egreſſus ſtabulis ſe matutinus agebat
In ſyluas paſtor: quo non ſolertior alter
Aut curare greges, aut quærere paſcua ductis.
Fluminis ad ripas ubi conſtitit ergo, repandæ
Incubuit fago, precibusq; patentibus ora
Soluit, & ingenuo profudit pectora queſtu.
Naſcere, mortalis decus & ſpes unica uitæ
Lucifer, ac tenues diſpelle caloribus umbras:
Præueniensq; diem celera, noctisq; tenebras
Ardenti raptas diſperge per aëra curru.
Cumq; ea fatus, humum circum apparere nitentem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ac rigidos tremulo ſplendeſcere lumine montes
Vidit, & excelſas motare cacumina quercus:
Reſpexit, Phœbumq́; ſuo iam lumine, cernit
Spargere nutantes, permixtis flatibus, ignes:
Attollensq́; manus: Quid nunc, ait, amplius optem
O Sol, qui faciles in uerba precantia uultus
Præſtiteris, miſerosq́; leuas mortalibus annos,
Preſſaq́; ſolaris nitido præcordia fructu:
Quàm tua ſedata ſuboriri corpora luce
Ventorumq́; inhibere faces longosq́; labores:
Nunc quibus algentes infeſtant uiribus undas
Peruolitantq́; ſolo, nemorumq́; cacumina lābunt:
Quæ dare ſi noſtris dignere precatibus, agnum
Iam capias, patrio quæ concidet hoſtia ritu.
Dixerat, & toto non tantùm albeſcere cœlo
Corpora proſpexit, denſis caput obruta nimbis
Quæ prius occulerant, medijsq́; tumultibus hærēt:
Æolios etiam fratres & flamina, uaſtis
Quæ fera comprenſum pertentant uiribus orbem
Conturbantq́; ſolum, atq; imō freta cærula fundo
Excutiunt, fluuiosq́; minis petulantibus urgent:
Conceßiſſe uidet, notosq́; petiſſe penates:
Rex ubi luctantes uel ſtringit carcere uentos,
Vel Diuûm monitis impellit, & aëra miſcet:

Ergò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ergò ubi tranquillo ſeſe Deus ætheris igni
Induit, & ſubito ſiluerunt nubila lapſu,
Suſpiciens cœlum paſtor: Tibi Maxime grates
Sol, ait, exoluo, promptas paſtoribus aures,
Qui ſinis eſſe tuas, & adhuc cultoribus adſis.
Ach quantum eſt, ueteris meminiſſe uolumina uitæ,
Atq; recordantem priſcas agitare querelas
Pectoribus, miſeræq; faces expendere ſortis.
Scilicet Amphryſo cum Paſtor ab amne redires,
Teſſalicos permenſus agros, armentaq; linquis
Principis Admeti, quæ paſcere dura coactus,
Quòd tua Cyclopes fudiſſet dextra cruentos:
Adduxiſſe rear tecum, cœloq; locaſſe
Humanas curas, generiſq; pericula noſtri.
Salue uera Deûm ſeries, Superûmq; corona,
Labere propitius, meliorq; reuertere nobis
Semper, & epingui completo mapalia fructu.
Sed mihi quis Mœrin caſusuè Deusuè ſodalem
Mittit, & auroræ primos producit ad ignes?
Sis fœlix quacunq; uenis, ô dulce ſenectus
Solamen noſtræ: quid tu tàm manè ſolutos
In ſua prata boues, armentaq; tota perurges?
Tu niſi conſuetum, nec quod facis, horret ab uſu.
Mœ. Cornipedum tu ſæpè greges, meritoſq; iuuencos

O Damon, memorare ſoles in pinguia mitti
Paſcua fas, cum prima nouos induxerit ortus
Auroræ facies, penetratq; recentior auras
Cynthius has ſuperas noſtroq; illabitur orbi.
Quas latore quidem Damone mapalia leges
Accepere, nouoq; pecus cum Sole reducunt
E ſtabulis, Phœbiq; faces ortumq; ſequuntur.

Da. Rectè equidem. Sed quid ſolito plus triſtior eſſe
Tute uidere mihi? cur frons contracta genæq;
Neſcio quid tacitiue mali, ſubitiue doloris
Arguit, & mœſto perfundit lumina uultu?
Anne armenta tibi ſunt ſalua, bouesq; caperq;
Lanigerumq; pecus, preſsis cum matribus agni,
Atq; aries, camuris hirtæ cui cornibus aures
Et ſolitus præire, greges in pabula ducit?

Mœ. Cuncta quidẽ Damõ, ſunt hæc mihi ſalua, capellas
Pan etenim noſtras, & oues & limina curat:
Et fruſtra inſidias pertentat ouilia circum
Clauſa lupus, uanaq; furit ſpe dirus arena.

Da. Idem Pan, facilis noſtro quoque ludit in aruo
Syluanusq; ſenex, & quæ paſtoribus omni
Culta Pales fructu, Nymphisq; ſororibus Aura.
En numero duplicata uides armenta, bouesq;,
Proleq; ſub gemina dimittunt ubera matres.

Deniq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Deniq; fœcundis plerumq; hîc floribus omnis
Parturit, & iuſtis turgeſcit fructibus arbos.
At quid tu gemitus ſuſpiriaq; ardua ducis?
Fare age, nec tacitos meme celaueris ictus
Pectoris: ac animi clauſos aperito receſſus.
Mœ. Vſq; quidē haud grauis eſt, cui me fortuna dolori
Sæuior obiecit, nec arundine fixit acerba
Hoc caput, ut noſtris non ſit menſura querelis.
Id tantum heſterna narratum luce, moleſtat:
Atq; animum triſti percellit imagine, dum nos
Singula metimur taciturnæ noctis in umbra,
Et ſocio uigiles ſubeunda pericla tuemur.
Da. Scilicet in Scythias quòd ouilia Phædrius oras
Proferet, atq; greges longinquis paſcat in aruis:
Forſitan hoc animos, & amica mapalia turbat.
Mœ. Quì non turbaret Damon, diſceſſus amici,
Quo melius non alter alit pecudeſq; boueſq;,
Seraq; maturo curat fœnilia paſtu?
" Quì canere hîc nobis ſolitus ſacra carmina Vates
" Sæpe quidem triſtes, muſarum laudibus horas
" Fallit, & Aonia duros leuat arte labores.
" Non etenim ſolum pecudes hic paſcere doctus,
" Sollicitas etiam, correptus Apolline, noſtras
" Excitat, & dulci reficit modulamine mentes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Is recreata fouet ſolus tua pectora Damon,
Verſibus ut ſcriptum imparibus tibi Cæſaris olim
Pandit opus, latijſq; refert quæ geſta Monarchis.
Deniq; quòd tali ſit tempore lectus, & illis
Saltibus ignotis errabit, aquasq; lacusq;
Tranſiet, & dubiæ uitam committet eremo.
„ Cui lætis etenim ſuperata eſt fructibus æſtas,
„ Ille foris minimè facili tolerare rigorem
„ Hybernum potis ingenio, ſed dura peroſus
„ Fata gemit, totoq; miſer fugit aſpera ſenſu:
Et merito. Neq; enim Myrmicis dicta coloni
Ignoraſſe potes, qui noſtræ ſemina uitæ
Dixerat æthereo cuidam finiq; bonoq;
Condita, nec miſeris producta doloribus eſſe.
Nunc uerò aduerſis plerumq; euentibus hæret
Hoc genus, & dura ſubit alta pericula ſorte.
Et mihi, neſcio quo ueniat fatoué Deoué,
Quos natura bonos finxit, uirtusq; ſub auras,
Extulit æthereas, nomenq; ſacrauit olympo,
Aut hos morte rapi primos, aut cladibus actos
Comprendi, & uarijs opplere laboribus æuum.
Et certè noſtris longè placidiſſimus aruis
Phædrius hic uixit: ſæuo quem numine duci, (tem.
Et querimur meritò, & lacrymis comitamur eum.

Deſine

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Da. Deſine Mœri, tuis ea deplorare querelis,
Quæ fieri expediet, quibus & parere neceſſe eſt.
Phædrius in Scythiæ fauces & rura profectus
Rutthenos luſtrabit agros, & ditia Moſci
Principis arua leget, pecudesq́; per inuia ducet.
Mœ. Ergò tibi noſtrum uolupe eſt diſcedere uatem,
Et miſerum duris caput obiectare periclis?
Da. Et placet, & ſi quid ſuadendo poſſumus, ipſum
Iſtud agamus, ut hinc armenta bouesq́; repulſos
Vertat, & Eois merſare paludibus agnos
Conſueſcat, pinguiq́; ſolo nutrire capellas.
Mœ. Ach pecus indigno tantiſper ſidere ductum,
Dum Scythicas ſubeat laſſumq́; & triſte pruinas.
Da. O nimium fauſto paſtorem numine, qui ſe
Quiq́; armenta potis longum proferre ſub ortum.
Hîc, quanquàm dulcis, ſterili tamen hæret in aruo,
Et nimis excuſſo ſuſtentat flore iuuencos.
Iſtic Pleſcouios, ditiſsima prædia, campos
Et Neogardiacæ liquidas ſcaturiginis undas
Inuenit, ac pingui fertiſsima pabula ſucco:
Iſtic ſunt amnes & flumina læta capellis
Balantumq́; gregi, quibus utile ſæpius undis
Defluere, ac riguo ſordes purgarier æſtu.
Hîc ſacri fontes Tanais, mæotide qui ſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Vndantiq; palude leuat, curſuq; diremptas
Hinc Aſiæ, hinc pingues Europæ iungit arenas
Littoribus, geminumq; trahit ſub fluctibus orbem.
Rha quoq;,quẽ Volgam Ruttheno murmure ſcin-
Hic fluit,et rapido ſe uoluit in intima curſu, (dunt
Caſpia qua iunctis gens accolit æquora ripis.
Labitur hic Thurus, grandiq; Boryſthenis alueo
Inſilit, & mixtis Euxinum curſibus intrat.
Deniq; nec fluuios promptum eſt cõprendere dicto
Nec populos, uaſtis quæ plurima ſaltibus errat
Copia, nec gelidæ ſubducunt corpora nocti.

Mœ. *Vnde ſed iſta tibi ſunt Damon cognita, quoue*
Hos autore lacus, diſperſaq; flumina noſti?

Da. *Vt norim? iuuenes armentum pauimus iſtis*
Mœri, locis: lateq; uagati ditia circum
Paſcua, multiplici deprendimus omnia fructu
Effugere humanas, ſolertia pectora, curas.

Mœ. *At nix alta premit conſtrictas frigore terras,*
Et ſubtriſte gelu mordaci percutit æſtu.

Da. *Vera quidem. Sed triſte gelu ne dixeris: iſtud*
Dulce meo lætumq; gregi, pecorumq; magiſtro
Tum fuit, Eois cum nos ſequeremur in agris
Aut hos fortè boues, aut horum Mœri parentes.
Inde mihi, quæcunq; manet fortuna ſalutem

Attulit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Attulit, & noſtros aſpexit diua labores,
Prouentuq́; greges, & nos cumulauit honore.
Mœ. Omnia non igitur ſunt iſtic triſtia: nec ſe
Protinus è mundo referat diſcedere, quiſquis
In Scythiæ uaſtos pecudesq; bouesq; receſſus
Vltrò agit, & longis ſtatuit iumenta ſub oris.
Da. Haud equidem: Sunt cũcta illic paſtoribus amplo
Quæ natura ſolet partirier ubere noſtris:
Paſcua læta ſolo, ſalientes fontibus undæ
Et ſaltus uirides, & amæni gramine campi,
Syluarum tractus, ac dulci flumina ripa.
Deniq; uel medijs muſcoſi in uallibus amnes:
Vel ſegetum fœcunda acies, qua maxima terris
Planities exculta iacet, lateq́; ſub ortum
Et Boream, ſpacijs premit æqua patentibus arua.
Poſtremò diſtincta etiam ſunt omnia magni
Sideris, & iuſto decurrunt tempora Sole.
Hîc uer alternans, hîc picta caloribus æſtas
Autumnusq; cadens, & hyems glomerata pruinis.
Hîc ſatio conferta fabis, hîc improbus alta
Triticeis meſſor compleuerit horrea ſpicis.
Mœ. Sed uia longa quidem, magnisq; obnoxia curis,
Et, ſi uera ferunt, tacito coniuncta periclo. (tu
Da. Longa uia eſt: Sed .n. quæ ſunt pulcherrima, ne

Quòd ſint longa, uelis deterrima protinus eſſe.
Virtutem duro memorant ſudore paratam,
Mox ſub difficili compreſſam ſorte, decorem
Concipere, & pulcro nitidum ſplendeſcere uultu:
Vt ferrum dura ſubliſum cote niteſcit,
Et ſcabros poſuit terſa rubigine uultus.
Phædrius hæc igitur ſi noſter adirit, oueſq;
Paſcere nonnunquam peregrino uertice tentet,
Riphæis uicinus agris, pecudeſq; uagantes
Prata per, & liquidos fluuioſq; lacuſq; ſequetur,
Virtutis confirmet iter, primoq; labore
Ingenij flammas, & ſemina fauſta recludet:
Nam qd poßit, ad huc latet: et contemnitur hiſce
Finibus, in patrio dum ſtridula ceſpite fundit
Carmina, nec uatum, paſtores munera norint.

Mœ. Aſt homines iſtic Damon, tetroſq; maloſq;
Eſſe ferunt, Scythiæ turpißima monſtra iuuentæ:
Quos neq; ſancta mouet pietas, neq; maxima uirtus,
Sed ſcelus in crimen pellit, uitijſq; ſuburget
Pectora, nec turpes animo damnauerit ignes.

Da. Vera ais: & molli iam pridem crimina Moſco
Sacrarunt titulos, populiq; trahuntur in ore.
Improba gens, multiſq; tumultibus acta ſuperbum
Pectus, & enormi metuenda cupidinis uſu:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Crudelis, funeſta, ferox, licet impetus iras
Promouet: at timidis alioquin concita plantis,
Et ſtudioſa fugæ celeres præit æmula uentos.
Phædrius at ſyluas tantum dulcesq; paludes
Sollicitat: neq; enim ſtolidæ commercia gentis,
Ruſſorum tumulis, & dira quærit arena:
Hîc nihil ingenio labis, nil criminis æuo
Contrahitur: pecudes ſtudium eſt & cura tueri,
Perq; uagos Scythiæ fluuios uiridesq; receſſus
Aruorum, & multi per ſumma cacumina montis,
Paſcua barbigeris inquirere læta capellis.

Mœ. Ergo mihi quodam diſceſſus honore uidetur
Illius augeri, nec ducere triſtia poſſe.

Da. Rem memoras: alio non æquè gloria flexu
Vatibus, ingrato certantibus æquore remos,
Contigerit: facili quàm ſi ſubducere riuo
Et pecudes properent, & ſe coniungere ductis.
Iſtinc cùm redeat, tùm demum rure beato
Florentem uideas, armentaq; pinguia mitti.
Tùm capras, ouiumq; greges, matresq; gemellis
Fecundas cernes, & grandia nectare ſpectes
Vbera, uilloſis non peruia clunibus eſſe.

Mœ. Tùm uerò incipiet nitidos fortaſſe iuuencos,
Et laudare boues, ueteri qui cuncta ueneno

Iam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Iam ſolet, ac diro pulcherrima rodere morſu.
Da. Codrum ais, ac dubio uultum qui lumine uerſat
Lumbricus, aſpectu fœta truculentior urſa?
Mœ. Hos equidem Damon, quanq̃ nõ dixero ſolos (get
Hoſce etiam: multos namq; aſſecla Lumbricus ur=
Huc ſecum, & Codro ſuffragia ſcribit inani.
Da. Inuideat quemcunq; iuuet: pectusq; perurat
Triſticia, & tacitis laceret præcordia flammis:
Dum tamen et laudet Scythico quòd pinguius orbe
Phædrius armentum non triſti ſorte reducet.
" Inuidiæ facies ſolis autoribus una eſt
" Exitioſa ſuis: alijs uia prompta ſaluti
" Creditur, & fructu iactatos explicat ignes.
Mœ. Interea longum fuerit fortaßis amico
Hoc caruiſſe: etenim quis uel ſua carmina uates
Hîc canet, & noſtras recreet dulcedine mentes:
Vel duras fallet productis uerſibus horas?
Da. Ne tam ſollicitis obtundas pectora dictis:
Et iam multa tuus cecinit tibi, plurima nobis
Mox canet, è Scythico cum Phædrius orbe reuerſus
Preßius inſtanti potietur Apolline uictor.
Mœ. An noſtris igitur quid barbara uerſibus ora
Conferet, an carmen melius canet, aggere uates
Si Neogardiaco, ac Scythicis indormiat aruis?

Certè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

DA. Certè equidē melius: Quid enim tu Mœri poëtas
Hos laudare ſoles, denſo qui maxima uerſu
Argumenta ferunt, quos tanti muneris autor
Cynthius, afflauit Parnaſi è culmine montis?
Res etiam noſter uariasq; bonasq; uidebit
In ſyluis paßim, lato dum colle uagatus
Aequora conſpiciet Scythico confinia luco:
Inſperſas luſtrabit aquas, fluuijſq; natabit
Sæpius, & latis armentum ſaltibus abdet.
Arboreo diſcet Sobolinam è uertice pellem
Diſijcere, intenſos laxareq; funibus arcus:
Muſtelæq; genus niueum, Marteſq; ſonoros,
Et ſparſas corpus maculoſo tegmine Lynces
Inuenit, ac ſæuis ludentes cornibus Vros.
Deniq; non facile eſt, fuerit uox ferrea, centum
Seu fuerint linguæ, ſpecies memorare ferarum
Multiplices, numero quæ non conſtante uagantur
Saltibus, & toto Moſcorum limite regnant.
Ergo ubi tam grandi peragrato Phædrius orbe
Huc redit, & multis naturæ partibus acri
Perſpectis ſtudio, populorum iura ſituſq;
Calleat, & mores ſolerti pectore narret:
Quale putas carmen nobis tum condere uatem
Poſſe tuum, quantoq; animos ſuſpendere quæſtu?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Certè equidem totas gregibus captantibus umbras
Luſerit ille dies, ac nos recreabit in antris:
Primus & hoc noſtro celebrabitur orbe Poëta,
Qui caput intonſa redimitaq; tempora lauro
Cinget, & æterno ſacrabit pectora uerſu.

Mœ. Ergò ego nunc animos gemitu ſubduxero, nec me
Conficiam lacrymis: fœlix eat oro ſuaq;
Fortuna magnus, pecudesq; per optima ducat
Paſcua, nec triſti repetat ſua limina uultu.

Da. Et nos, quod ſtruxi mihi nuper Mœri, ſacellum
Hoc ſubeamus, iterq; Dijs mandemus, & aras
Hij cineres ſpargent, atq; imbuet hoſtia noſtras.

ECLOGA SECVNDA, PIRAMVS.

PIRAMVS, LYCIDAS.

Theſpiades Muſæ, quarum celeberrima toto
Fama uiget latio, noſtrumq; niteſcit in orbẽ:
Quæq; ſacras Heliconis aquas, montesq; ſoletis
Pierios habitare, ducesq; & maxima Regum
Nomina,

Nomina ſidereo tranſmittere uerſibus axi,
Dicite paſtores etiam , carmenq́; mouete,
Quod Lycidæ quondam cecinit meus acre ſodali
Piramus: ut dulci profūdit gutture uerſus
Aethereos, gemituq́; malum deplorat oborto,
Omnia quod miſeris correpta laboribus urget.
Dicite, forſan enim non parua hæc commoda ſecum
Cura feret: ſeros poterit uel adire Nepotes,
Noſtra uel hæc grauibus monuiſſe mapalia dictis.
Paſtores nonnunquam etiam ſunt recta loquuti:
Quamuis turba ſitim liquidis ſedauerit undis,
Et rigidæ indormiſcat humo, furnaq́; prementem
Sæpè famem ſubigat gleba, uincatq́; moreto.
  Depulſos igitur Lycidas cum ſaltibus hircos
Conderet, & primo cum ſole reduceret agnos:
Piramus in campis, ubi nullam Cynthius umbram
Ilicis obiectæ nodoſo è robore fudit,
Conſedit patulis: medioq́; hærebat in æſtu
Sollicitus, mentemq́; dolens atq; anxius æuum.
Hunc Lycidas, ſyluis cum fortè ex more rediret,
Adiunctum gregibus deſerta per arua ſalutat:
Ille quidem Lycidam contraq́; agnouit, & ipſum
Talibus excepit, nitentem corpora, dictis,
Pi. Anné etiam Lycida caper eſt tibi ſaluus & hædi,

Lætaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Lætaq; per cliuos tondent dumeta iuuenci?
Ly. Integra ſunt equidem paſtor mihi noſtra: iuuenci
Pinguia ſub molli perceptant pabula cliuo,
Saxea qua ramis grandeſcit mitibus umbra.
Tu uerò campos, & aperti lumina Solis
Semper amas, radijsq́; probas diffundier arua,
Cynthius ardenti rapidos temone uolando
Quos iacit, & tepida ſuffundit gramina luce.
Pi. O pecus infœlix nimium, cui nulla ſubinde
Procubet umbra locis, nec humũ defendat ab æſtu:
At fato contrà ductum meliore, uirentes
Loci ſylveſtris deſcriptio Suppeditat cui ſylua comas, frondesq; ſuauis
Diffundit corili, denſoq; alit inuia muſco.
Hîc olidæ faciles ſtatuit natura capellæ
Decreuitq́; uias, ſyluasque habitare patentes
Iuſsit, & umbroſo pingueſcere corpora libro.
Nec capreis tantum, pecori ſed & arbor equino
Conſertiq́; iugis luci, nemorumq; receſſus
Profuerint, quacunque domos non fixerit œſtrum,
Nec grauidas uolucri matres tremefecerit ictu.
concluſio Ardua quapropter tua paſtor ouilia plenis
Luxuriant gregibus turmisq́; & laude redundãt:
Noſtra ſed hæc ſterili flacceſcunt paſcua iunco,
Armentisq; ferunt ſub iniquo gramine paſtum.

Vlla

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Vlla nec umbra tegit pecudes, cum concita Sole
Corpora feruenti ſequimur, ripiſq; locamus
Armentum, & tenui deducimus æquore uaccas.
Interea ſecurus agit ſub robore Taurus
Populeo, cytiſumq; legit, molliq; recumbit
Tutus humo, plauditq; ſonans ludentibus inter
Quercetum bubus, terretq; fragore iuuencos. (quis
Quin nonnunq̃ etiam, nemorum dum lenta relin-
Gramina, nec ſæuo ferit æthera Cynthius igne:
Et ſyluis agitare pecus: campoq; uirenti
Fundere nulla tibi Lycida fortuna negauit.
Quare fœlicem meritò te noſtra uocarint
Rura ſenem: neq; n. numero te æquauerit alter
Lanigeræ pecudis, ſimili neq; paſcua fructu
Aucta tenet, ſyluiſq; gregi potiatur & aruis.

Ly. Iſta relata Deo ſint ocia Pirame: namq;,
Hic mihi ſemper erit lœto Deus: illius aram
Sæpe quidem noſtris ab ouilibus imbuet, alto
Victima cœſa loco, precibuſq; ſubibit olympum.

Pi. At quem tute Deum narras? cuiq; ocia diuo
Hæc tua detuleris? patrios anné ipſus agellos
Hîc colis, & proprias captant armenta myricas?

Ly. Sanè equidem proprias o Pirame: Si tamen ulli
Fas proprium ſtatuiſſe, q̃ actum clade Tyrannis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Conficit, aut aliqua demum ratione fatigat
Inſidijſué petit, ſeu ui damnauerit hoſti:
Mi uerò ſunt diui etiam, qui iura Tonantis
Expediunt ſuperi, ſtatuuntq́; laboribus urbes:
Inuigilantq́; uirum ſtudijs, rectosq́; tuentur
Affliguntq́; malos, & publica legibus ornant.
Deniq; qui pecudes etiam tardosq; bubulcos,
Haud aſpernati ſeruilia corpora, curant:
Obuallant patres deſpecta mapalia: nec nos
Eſſe ſinunt prædas Lapythis, Cyclopibus eſcas.
Poſtremò cenſus etiam quibus annua iuſti
Debita, paſtores ſtudium eſt depoſcere: quiq;
Inſolitis non rura grauant, miſerosq́; fatigant
Ponderibus: ueteri ſed prædia iure gubernant
Defenſasq; ſuis præſtant uirtutibus urbes.
Anné tibi paſtor Domino ſeruire potenti
Contigit: inſano cui nec Buſiridis aræ
Certarint, Scythicis neq; Tamburlanus in armis,
Qui belli ſcelus & triſtißima Principis arma
Intulit humano generi: paſſimq́; uagatus
Verſicolor, populatur agros abigitqué capellas
Sacraqué turbatis funeſtat templa colonis.
Libera quorſum igitur ueſtri poſſeßio campi,
Conceßit tandem? quis nunc tua Pirame nutu

Prata

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Prata ſuo exagitat : ſyluaſq́; affligit opimas ?
Certè equidem ille,boues olim qui & paſcua macri
Cumprimis poſſedit agro , tenuiq; coëgit
Valle gregem, & breuibus concluſit ouilia ſeptis :
Nunc uerò ſceleratus opes ſublegit , & arua
Fœnore multipltci, uarioq; habet improbus aſtu ,
Paſtorum manifeſta lues certumq́; colonis
Exitium, & toruo proſpirans lumine mortes.
,, Quapropter Deus ille mihi, ceu lege, colatur,
,, Qui patrios defendit agros, lucoſq́; tuetur
,, Aruaq́;, nec pretio pecudes inſcribit inani.
Pi. Euenit Lycida, quod longa oracula Diuûm
Prædixiſſe ferunt, populoq; ſacraſſe uetuſto :
Subuerſum ſpectent uiridi cum ualle lapillum,
Deſpectum agricolas auctumq́; laboribus iri.
Ly. An prædictum etiam ? qua ualle, qbuſq; ſub oris?
Pirame, ne graue ſit nos hæc docuiſſe, ſacroſq́;
Enucleaſſe Deûm, cælataq́; fœdera , ritus.
Pi. Si libet hoc Lycida mecum pauliſper in antro
Conſediſſe : uides ut fornice tecta recuruo
Ducta ſient, pluuias contra, uentoſq́; ruentes
Ac æſtus, medio quos cardine Cynthius altis
Eiaculatur equis , rapidumq́; è naribus ignem
Proflat, & interdum radijs loca noſtra fatigat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Scilicet æſtiuo quoties ille altior orbe
Inuehitur, rectoq; ferit terreſtria uultu.
Nunc uerò flatus prohibet nimbiſq; reſiſtit,
Et mihi nonnunq̃ defeſſo pectora mulcet,
Cantatum cum fortè refert reſonabilis Echo
Carmen, & incluſo geminantur murmure uerſus,
Verſus, longa quibus falluntur tempora, cum ſe
Prata per effundunt pecudes, & gramina ſicco
Gutture macra legunt, aruoq́; feruntur inani.
At ſuccede antro, mecumq́; quieſce ſub umbra,
Si uacat: optatum referes, & carmina pandam
Quæ ſolitus recitare olim dum paſcua Myrmix
Vicinis captabat agris, camposq; colebat
Hos etiam, & noſtro ludentes monte capellas
Spectabat uates, uenturaq; plurima dixit.

Ly. Et uacat ô paſtor: uel ſi meus iſta negaret
Qui uel cunq; labor non fictis ocia curis:
Poſt tamen hijs habeam mea ſeria uerſibus: Et te
Siue canentem ultrò, ueterum ſeu dicta ferentem,
Fas audiſſe bonum, priſcoq́; attendere mundo.
Delitiæ noſtris tu Pirame ſolus in aruis,
Omnia cantando qui tempora fallis, agrosq́;
Hæc tua diſparili ſolatur fiſtula uerſu.

Pi. Haud mihi ſunt propriæ faciles in carmina uires:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Sed duram ingenio Muſæq́; Deusq́; paleſtram
Exercent noſtro, feriuntq́; laboribus auras
Sæpe leues, tenuiq́; uſu mea labra reſoluunt.
Hoc ſolum eſt, quo me Phœbus præſtare Venusq́;
Exiguo uoluere Dij, qui uiribus addunt
Ingenium, & iuncto confirmant fata Tonante:
Vt quæ geſta alijs, facili meminiſſe labore
Sufficiam, uobisq́; bonis, ſi forſitan uſu
Eueniat, ſtudio narrata reducere poßim.
Ly. Aſt hoc magnum etiam paſtor, ne tute proteruè
Extenues, paruiq́; feras, quæ maxima noſtri
Agricolæ cenſent: teq́; hac uirtute beatum
Rura colunt, animiq́; bonum & tua dona celebrãt:
Sed ſacrata Deûm quæ ſunt oracula, nobis
Expedias promptus, lapidemq́; locumq́; ſonosq́;
Fatidicos: ſi fortè ſonos carmenq́; Tonantem
Hoc ſtatuiſſe putem, nec opinio fallat inanis.
Pi. Rerum longa quidem ſeries, & mira relatu
Pertexenda foret, primos ab origine curſus
Si repetam, ſacrasq́; Deûm memoraro tabellas,
Omnia ſunt noſtri quibus obſignata laboris
Tempora, deciduis quæ tandem euentibus urgent
Cælica iuſſa, premuntq́; dies præſentia noſtros.
Sed per ſumma ferar, ſolitus quæ carmina Myrmix

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Decantare ſenex, ſterili cum ceſpite durum
Paſceret armentum, qui pabula multa quotannis
Conuexit ſtabulis, uarioq́; ea condidit aruo.
Diues enim pecoris Myrmix & lactis abundans
Noſter erat, ſemperq́; greges fœtura benignos,
Lanigeras ſuppleuit oues, numeroq́; capellas
Auxit, & oppleto duplicauit ouilia partu.
Et tùm prata quidem tenuari cepta, ſimulquè
Aſpera ſeruitio paſtorum uita ſubilat:
Dynaſtæ cum paſſa iugum, tolerare potentis
Arbitrium Domini, funeſtaquè carpere iuſſa
Militis externi, & nutum obſeruare coacta eſt.
Tùm plorare uices multi, totosq́; querelis
Exegere dies, palmasq́; in ſidera iactant,
Excruciantq́; animum, & lacrymis teſtãtur olym-
Acciſis etenim dapibus tùm ferre diurnos, (pum:
Paſtores iuſsi, medioq́; in ſole labores
Exantlare graues totoq́; perurier æſtu:
Cùm neq;, quò murem quis paſceret, aſpera panem
Curia largita eſt, neq; mixtam furfure uappam
Sponte dat, aut tenui releuat fera pondera zytho.
Interea deſerti etiam, campisq́; uagati
Errauere boues ieiunaquè gramina tondent,
Qua uel cunq; ferunt pedibus ueſtigia preſsis.

Deniq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Deniq; quæ ſeruat commiſſos nuda penates,
Orca ſolum Pholoë, genio ſubmixa maligno
Ac inopi, duramqué famem perferre ſitimqué
Sueta, ſedet ſpectatq; focum uerſatqué fauillas
Ardua ploratus, uacuaqué quiritat in aula:
Cum miſera ambeſas ſobolem conſumere menſas
Cogit, & ingluuiem tenui ſuſpendere Dauco.
Hæc igitur, quoties paſtorum turba ſub antris
Conſedit noſtris, haud rarò dura ſolebat
Fata queri, miſeramqué Dijs euoluere ſortem.
Tempus erat, quo Phœbus equos feruentior alto
Solſtitio quateret, Geminis ubi uertere curſus
Aſſolet, & ſuperi fugiſſe uolumina mundi:
Venerat huc Myrmix Corydonq́;, & Phædrius illo
Tempore penè puer, ſimilisqué parentibus ora
Et flauos crines, & membra dicata iuuentæ:
Conſeditqué ſimul, blandosqué ferebat ocellos,
Hos circum, & noſtri miratus fornicis arcus,
En medijs, inquit, campis conſtructa uideri
Tecta etiam, quibus alma quies paſtoribus olim
Defeßis plaudet, nimioqué tuetur ab æſtu?
At nos haud quicquam noſtris molimur in aruis
Tale quidem: caput aſt liquido ſubmittimus igni
Noſtraqué Phæbeio torremus corpora morſu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Quin tempeſtates rigidiq́; pericula cœli,
Pleiadasq́; Hyadasq́; graues Taurumq́; madentem
Cogimur eduris perferre laboribus, imbres
Qua uentus pellit, ſtipulasq́; uolutat inanes.
Et tu docte iocos, inquam, cultiſsime Phædri,
Ruſtica mirari potes hæc mea culmina, quæ nunc
Pulcra quidem pueris etiam, ſenibusq́; feruntur?
At formoſe puer, patrij ſi ruris agellos
Ipſe tui quondam, diductaq́; uimina campis
Integra ſpectaſſes, uaſtis ubi molibus altos
Rudera traxerunt lapſus, cumulantq́; ruinas:
Rectius iſta quidem miratus tecta fuiſſes,
Pulchra quòd, & uarijs ſubſtructa laboribus eſſēt.
Nunc uerò iſta quidem ſunt diruta ſaxa, iacentq́;
Congeſti cineres, & humum faſtigia lambunt,
Artificis ſcelere inſani, dominiq́; potentis
Arbitrio. Sed tu puer, o caſtiſsime, longis
Fletibus abſtineas, patrioq́; decore beatas
Virtutes ſequere, ac ueſtigia ſemper adora.
Ipſe tibi numero pecudes, atq́; uſibus arua
Forſitan aucta ſuis alio donabit in orbe
Noſter Apollo: uel hijs etiam duplicabit in agris
Multipliciq́; greges fœtura & ſorte beabit.
Tum tu rurſus humo ueteris prudentior antri

Relli-

Relliquias tuleris, tabulataq́; ſparſa repones
Antiquos ſuper acta pedes, firmasq; columnas
Inijcias patriæ, uelut aurea culmina terræ,
Ornabisq́; ſtrijs, & concamerata relinques.
Sors hæc noſtra quidem puer eſt, ut multa feramus
Et genijs aduerſa bonis, & iniqua ſuaui
Agrorum uitæ, pecoriq́; grauiſsima noſtro.
Hîc uerò accenſus uocemq́; & pectora Myrmix,
Vt pueri lachrimis commotus penè fuiſſet,
Diſpulit ingenio luctus, animumq́; ſerenum
Induit, ac tali gemitus ſermone leuauit:
Deſine, chare puer, dulciſsima fletibus ora
Conturbare, genasq́; arcto perfundere rore.
Virtutis patriæ fortunam uidimus, & te
Solatur dubiæ, communis & aſpera uitæ
Alea: nec magnis parcit ſors dura Monarchis.
Omnia Centauri, furijs dum turba feratur
Impia ſuccenſis, mentemq́; ea terret imago
Patrati ſceleris, tedaq; ardente laceſsit,
Peruolitant loca, conſilijsq; tumentibus urbes
Sæui corripiunt, tum ruſtica limina raptant
Affliguntq́; malo, & quæ ſtruximus antra reuel-
Deijciuntq́; ſolo, merguntq́; cruore penates. (lunt
Hanc nos experti ſortemq́; & fata, dolosq́;

Pertulimus Phædri, patiendoqué uicimus iſtam
Fortunæ rabiem cautaqué eluſimus arte:
Quanq̄ nec ſtudijs poteram neq; fretus amicis,
Effugere humanam quæ turbant nubila ſortem.
Finibus hijs equidem noſtris, mihi Piramus iſte
Solus habet minimis tentatum cladibus antrum:
Quod uel amor Superûm, uel labi neſcia Virtus
Suſtinuit, tantos inter fremitusqué dolosqué,
Noſtra quibus miſerè turbata laboribus ardent.
Haud ſecura malis fuerant Diademata: regni
Culmina tentauit Nemeſis, ludibria ſparſit
Magnatûm generi, ſtrauitqué doloribus aulas.
Hanc igitur patriæ ſortem uirtutis, & ipſe
Conſtanter placidequé feras: & grandior æuo
Quas uel cunq; uices, alios ita ferre doceto.
Deniq; paſtores Phædri, ne forſitan erres
Dùm te prima fugit tantorum cauſa malorum,
Triſtia multa quidem miſeros tolerare neceſſe eſt:
Sic etenim Diuûm monitus, & prodita multis
Fata canunt, trepidisqué ferunt oracula dictis.
Hæc Myrmix, cœlumq; tuens ſuſpexit, & altè
Ingemuit bonus, ac puerum complexus inhæſit.
Tùm uerò Corydon, quæ tu paulò ante, rogabat
O Lycida, tetigitqué genas, hortatus ut illas

Diuorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Diuorum ambages, reſponſaq́; merſa tenebris
Explicet, ac timidis referat ſua fata colonis.
  Interea ſedenim dùm nos ſucceßimus antro
En teneros errare boues, armentaq́; pratis
Fundier, & longè ueſtigia ferre capellas:
Cogimur adductum diſcedere, tute moratus
Conſidas tectis, recreetq́; hæc fiſtula mentem.
Ly. Imo age, iam medio ſtat feruentißimus orbe
Phœbus Apollo, ſolumq́; æſtu rapidißimus urget:
Forſitan & fluuios repetit pecus, & meus alto
Neſcio quid ſyluis contendit murmure Taurus,
Ac noſtras uideo luſtrare paluſtria uaccas:
Iſtuc concedam, Myrmicis cætera nobis
Cras reluliſſe uelis ac prodere dicta coloni:
Tùm ſacros aperire ſonos, quibus illa latebris
Eruta ſunt noſtri uentura pericula mundi.
Pi. Perficiam Lycida, ſeu te lux craſtina nobis
Hùc referat, ueſtras ſeu nos ueniemus in oras:
Dulcibus exundant tua namq; liquoribus arua:
Nec raró fluuijs merſare ſalubribus agnos
Rura ſolent, ueſtris liquido qui gurgite campis
Exundant, gratasq́; uehunt paſtoribus undas:
Et nunc tute boues, feriunt mugitibus auras
Inuiſes celer, & tetricas age comprime lites.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

ECLOGA TERTIA, IVSTVS.

IVSTVS, THYRSIS.

PAſtorum Muſam Iuſtiq; & Thyrſidis, æquo
Certatam ſtudio, lepidisq́; relatibus auctam,
Dicemus. Tu noſtra, dijs accepte Melanthon
Plectra moues, folijsq; animam uiresq́; dicatis,
Et placidus confers, & uotis ritè uocatus
Agricolis, humilesq́; caſas & rura tueris.
Haud omnes excelſa iuuant Elea, ſuperbis
Sæpe quidem pulſata iugis, ubi Dædala tellus
Ardua præcipiti ſtatuit certamina curſu,
Et quinquennales palmæ dedit orbita ludos. (no
Nec ſemper, quæ magna placent, grandiq́; cothur-
Scripta, Pelethronijs permixta laboribus ardent,
Alcidæué ferunt calamo ſpumante labores:
Sæpe etiam extremas, deſpectaq́; culmina, Diui
Intrauere caſas, latuitq́; obſcurus arenis
Iuppiter hercæis, ſtagnisq́; Tridentifer actus
Exercet ualidas gyrata per æquora uires.

Oble-

Oblectant arbuſta igitur, ſegnesq; myricæ,
Et conferre iocos, alternaq; condere dicta
Paſtorum, liceat: molliq; retexere uerſu,
Quam medias inter corylos, umbrasq; cadentes
Perſonuit facilem mihi ruſtica tibia Muſam.
Scilicet excuſsis cum nubibus alta ſerenat
Cynthius ora Deus, liquidosq; per aëra uultus
Prodit, & immenſo iam maximus incubat orbi:
Thyrſis oues, Iuſtus diſtentas lacte capellas
Compulerant, lentiq; pedum poſuere ſub umbra,
Et ſtudijs prope conſimiles, uſuq; canendi
Ingenijsq; pares, & reſpondere parati. (tro,
Cum Thyrſis prior, hoc quoniam conſedimus an=
Fraxineas inter frondes ſegetemq; colurnam,
Tu calamis agitare manus, ego carmina doctus,
Cur operæ quicquam muſis non condimus? olim
Hoc etiam noſtri certamina pulchra Lyceo
Verſibus extulerant: alternaq; dicta, Mineruæ
Sacrabant fano, circumq; altaria molles
Suſpendere iocos, & carmine templa coronant.
Cernis adhuc medio in luco, qua Palladis alta
Tecta uirent, hederæ permixtas ſerpere lauros,
Et paſtorales ornare ea pulpita luſus.
IU. Vidimus iſta quidem perſæpe ô Thyrſi, ſolemus

Demi=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Demirari etiam ruris monumenta uetuſti,
Paſtorumq; iocos ſacrataq; carmina Diuis.
Hoc certè, quanquàm exiguo certaminis uſu,
Noſtrorum mores confectaq; tempora crebris
Ingenij neruis, & ſparſa lepore uidemus.
Fiſtula dulce etenim cecinit paſtoribus, hoc cum
Certantes tumulo, & meditati ludicra totos
Exegere dies, ac tædia longa fugarunt.
Nunc noſtris turbatur agris, duroq; labore
Conficimur, totoq; furit mars improbus orbe.
Tantum igitur fremitus inter belliq; tumultus
Conſiſtunt, multa luctantes arte Camœnæ:
Quantum perdurat Scyllanæ turba uolucris,
Dum miſeras premit accipiter, prædamq; ꝑ auras
Veſtigans oculis, pedibus graſſatur aduncis.
Aut plaudere ſolent quantum per tecta columbæ
Cum trepidis atrox rictu Iouis imminet ales
Aerioſq; ſecat tractus, aut culmina templis (ſtat:
Summa ferit, terretq; umbra, & pauitantibus in=
Haud tamen ingenijs parcendum: dura labori eſt
Obijcienda ſuo poſitæ tolerantia palmæ,
Dulceq; furtiuis carmen meditemur in horis,
Tempora ſortiti calamis: diuoſq; canamus,
Ruſtica fana, Palem, ſubitoq; palemona iactu

Emiſſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Emiſſum ſcopulis, & Dijs uada longa mouentem,
Panaq; Syluanumq; ſenem, Dryadasq; puellas
Loraq; Neptuni, & lituo Tritona ſonoro:
Quiq; alij pecudes alimentaq; dulcia noſtris
In ſyluis curant, & ouilia partubus augent.
Sic etenim fætura gregem ſuppleuerit, & nos
Difficiles molli releuemus carmine ſortes.
Alternis igitur, deamant alterna Camœnæ,
Tempora fallamus: rerum mea fiſtula longos
Mæſta fugit ductus, extenſaq; carmina damnat.
Tu ſaltem dic paſtor, ouesné an rura canamus,
An Diuos etiam, merſasué paludibus alnos.

Th. Iſta quidem claro iam perſonat omnia uerſu
Venturisq; colit populis, ſeu Græcia tellus
Seu Latium, ſupero qua ſe uel ab æquore tangi
Proſpicit, aut infra Thyrrenas lambit arenas.
Et fortaſſè Deos aliàs: nunc magna parentis
Naturæ ſecreta uelim: circumq; feramur
Terrarum tractus, & quæ miranda ſecundo
Carmine complexi, Muſis ſacranda locemus.

Iu. Res placet: & nobis aliqua eſtquoq; gratia: Phæ
Hoc equidem ſolitus calamo triuiſſe labellum, (bus
Dùm puero prælуſit, & hæc mihi tempora lauro
Cinxit, & artifici nectebat uincula dextra.

Phœbus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ti. Phœbus amat Lauros: noſtro dū Laurus in horto
Frondibus inſurgit, renouantq; cacumina bacchas,
Nec uerſu Laurus, nec Phœbus honore carebit:
Ruſtica iamdudum quia me finxere Poetam
Numina, nec uili luſtrabant mœnia thyrſo
Bacchati circum paſtores: non tamen illis
Credulus eſſe uelim, neq; uatum lege teneri.
A Ioue principium Muſis, huic ſeruiet uni
Littera prima Deo, condatq; trophæa Tonanti.
Mox mihi grata ferant faciles exordia Lauri,
Munus Apollineo digeſtaq; præmia uerſu.
Quantum ſidereos inter nitet aureus ignes
Cynthius, & rutilo Saturni lumina uultu
Exuperat, facibusq; premens Oriona mergit:
Arboreos tantum partus, ſyluasq; uirentes,
Lauriferum ante quidem cellit nemus, et ſua fructu
Robora multiplici, ſperataq; commoda fundit.
Hæc, alias ſæuo cum dira tonitrua ſternant
Fulmine, ſubuerſo diffuſas culmine ſtirpes,
Vna comis intacta uiret: nec Iupiter acri
Fixerit hanc radio, ſuperoué necauerit igne.
Deniq; & hanc ueteres crepitantibus urere flāmis
Aſſueti poſuere rogo, folijsq; uenena
Et magicos ritus ſonitu explorare ſolebant.

Poſtremò

Poſtremò cariem nec Laurus ſentit, & altis
Plurima ſtipitibus durando ſecula uincit.
Hanc igitur Phœbo ſacram diuiſq; canentes,
Sæpius alterno referamus in ordine uerſus,
Fœcundoſq; greges, deuinctaq; tempora Lauro
Tibia noſtra ſonet, ueteresq; ornabit agellos.
Iu. Hæc eadem nobis baculum dedit arbor, eoq;
Per uarios uitæ caſus triſtiſq; pericli
Hærentes feßiq;, per obuia damna uenimus,
Ornati folijs longæuæ pectora Lauri.
Hanc equidem prompto celebramus Apolline, uires
Miramur tacitas, gratoſq; ſtupeſcimus uſus:
Nam populos inter iucundæ fœdera pacis
Explicat, & læto geſtatur pignore Daphne.
Annua conficiunt Merulæ faſtidia lauro,
Perdiceſq; graues, pictæq; colore palumbes.
Deniq; & ingenij uires animumq; ſerenat
Phœbea uirtute, recens ubi nexa Triumphos
Verſibus inducit, ſperataq; premia reddit.
Rumor & in patrio modo ceſpite creſcere Laurū
Has iuxta Corylos, molles ubi Regia lucos
Præſidium Muſis, ſacrataq; mœnia condit.
Quid quod & oraclis ductum, fœlicibus illum
Naſcier auſpicijs, primo cui Laurea Vati

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Hæc noua continget, monumentaq; digna coronet.
Omnia quapropter cùm ſors duriſsima uerſet,
Et rotet alternos cæcati numinis orbes:
Quis coniectando dubios partitus honores
Faſcibus hijs ſecludat oues ouiumq; Magiſtros?
Scis etenim pretij quantum mea Daphnis, & arui
Rettulit, optato dum Principe lecta colonos
Excitat, ac alacri confirmat paſcua nutu.
Nos canimus ſyluas, & dulcia prædia uerſu
Ornamus facili, Muſisq; inducimus ornos:
Tu maiora quidem ſequeris, qui prælia Regum
Claraq; moliris ſurgenti ſcripta cothurno.
Paſtores igitur crebrò certemus, & omnes
Ingenij neruos, claros referamus in uſus,
Multa quibus noſtris accedant commoda rebus,
Ociaq; hæc ſero commendent pulcra Nepoti.
Fata uiam inuenient, afflictis læta capellis
Pabula qua cumulent, gregibusq; ſalubria præſtēt.
Sed Thyrſi, hoc mirum eſt, quæ cœlica fulmina um
Contemnuntq; Iouis, diſploſis nubibus ignes, (cunt
Illa tamen molli rubigine tacta, uirentes
Attenuare comas folijsq; inducere mortes:
Si ſegetes inter frondeſcit Laurus eodem
Correptus uitio, ſanie tabeſcit inulta.
Th. Rubigo Lauros perimit; ceu uitibus addunt

Exitium

Exitium coryli : folijs oleagina perdit
Robora quercetum, frugibusq; ſalicta minantur.
Sancit amicitias rerum natura, ſed illas
Inductis eadem nonnunquàm litibus armat
Rurſus, & obuerſo contraria fœdere pugnat.
Haud etenim tanta quicquam uirtute referri
Poßit, & ingenti ſubnixum robore duci,
Alterius cui non ſubſtantia tota repugnat,
Aduerſasq; operas tacita ratione ſuburget.
Conſpectum fului memorant trepidare Leonis
Quas uel cunq; feras, primoſq; horreſcere greſſus:
Attamen hunc etiam, non turpi uoce uolucris
Terret, & indomito confundit pectora Gallus.
Reſpuit incudes Adamas, ſuperatq; ferendo
Malleolos, damnatq; ignes, Vulcania regna:
Hircino ſedenim concedit magna cruori
Robora, & euerſas hoc perdit acumine uires.
Egregium naturæ opus & ſublime ferendum
Vſibus exceptum magnis, Magnesq; uetuſtis
Dictus auis, quo cœli apices terræq; meatus
Longaq; ſignatis explorant limina uentis:
Hic ferrum calybemq; trahit, ceu ſuccina molles
Delambunt paleas, glumisq; ſequacibus errant:
Attamen has frangit uirtus Adamantina uires

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Subdita Magneti, qui iuncto preſſus ab hoſte
Languet, & innatos nulla ui promouet ignes.
Iu. Huic etiam referunt Magneti perdier omnes
Sæpe facultates, nulloq; extendier actu:
Vt neq; ſuſpenſam nebulis monſtrauerit urſam,
Viciniſq; polo diſtinxerit æthera ſtellis:
Nec ferrum trahat, aut medio prolectet ab auro:
Quem priſcos demum effectus, uireſq; ſepultas
Sic ſummpſiſſe ferunt, ſi pellibus iſte caprinis
Languidus abdatur, morſuq; fricetur odoro.
Nonne uides quanto ſociantur uitibus ulmi
Officio? teneras quàm molli fœdere plantas
Excipiunt, ramiſq; leuant, ſparguntq; racemos,
Et uelut amplexu ſurgentes ferre corymbos?
At Baccho infeſtum ſi quis ſubmittat Iulum
Ordinibuſq; ſerat corylos, miſcetq; Lyæo:
Vitibus exitium tulerit, ultuſq; uirentes
Pampineaſq; comas aduerſis obruet umbris.
Th. An te mira latent diuerſæ ſemina terræ
Naturæue ferentis opus, uariiq; labores?
" Omnibus haud eadem eſt tellus fœcunda: Taburnũ
Frondibus inuoluunt oleæ, iuxtaq; comatas
Proſpiciunt tremulis agitari flatibus ornos.
At ſegetes plano melius, ceu dulce legumen,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Proueniunt : circum tenereſcit flumina lotos
Ac ſalices , umbramq́; datura paludibus arbor
Populus, Herculeæ teſtiſq́; decuſq́; coronæ.
Sicca pyrus quercuſq́; petunt , ubi limpida circum
Flumina uoluuntur, dulciq́; aſpergine tellus
Exuperat, funditq́; ſolo nemus arbuta putri.
Vitibus Iſmarij montes campiq́; falerni
Indulgent, aciniſq́; tumet Vindemia preßis.
Tûm fluuijs Myrtus, craßiſq́; paludibus alni
Lætius inſurgunt, molliq́; in littore gaudent.
Deniq; nulla locis ferre omnibus omnia tellus
Poßit , & alterius non altera concipit uſus.
Vt Veneri Myrtus ſacra eſt : ita plurima ſoli
Europæ ſoboles, ſed quam nec Iberica diti
Regna ferunt aruo, nec qua Mæotidis altas
Tangit aquas,Scythico cõtermina Thracia ponto :
Non Celtæ , non Cimbriaco gens ardua regno,
Nec premit Illyrios qua Græcia iuncta receſſus
Aut fouet incluſos Germania lata penates :
At fœlix Latium , & tellus quam diuite gleba
Oenotrij coluere uiri , quæ tracta profundo
Heſperia excurrit diuiſa per æquora, Myrtum
Conſertam tantum productaq́; robora fundit.
Sic Afri quondam Loton habuere , ſed illa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Lotophagis multum populis ſuccreuit, & altos
Aegypti fructus commiſſo æquauit honore.
Dactylus Aſiaco qui plurimus aggere creſcit,
Grata Palæſtinæ ſoboles perhibetur: & extra
Langueſcit Syrios, nec pendet ab arbore, campos:
Hæcq; eadem, cùm diues agris opulentaq; fructu,
Trudit Idumeis ſtillantia Balſama ramis:
Balſama, Iudæis cœlo confecta parente
Munera, & aßiduis haud irrita pharmaca bellis.
India fert Hebenum : ſunt thurea grana Sabæis,
Mollia longæui promittunt uellera Seres,
Arboribusq; legunt depexam cortice lanam.
Serpentis morſus homini plerunque uenenum
Eſſe ferunt, minimoq; dari ſub uulnere mortem:
Ieiunus ſedenim quicunque in colla ſaliuam
Anguibus excernat, tangatq; ea corpora ſputo:
Protinus aduerſo naturæ pugnat ab uſu,
Serpentiq; necem celerat fatoq; minatur.

Sed quid ego hæc tenui cõprendere magna cicuta
Naturæ miracla uelim? Stupet obruta rerum
Ponderibus mens noſtra, et guttura mole recondit.
Quamuis iſta quidem numero ſunt pauca, ſuisq;
Viribus, & multo iampridem cognita facto:

Cætera tu melius, calamos fugientia noſtros
Iuſte canas: equidem geminas tibi lætior aures
Apperiam, & magnis ſubiungam pectora dictis.
Iu. Multa quidem cecinit nobis tua fiſtula Thyrſi
Admiranda ſatis tacitæ monumenta parentis
Naturæ: Nos quædam obiter perteximus iſtis
Et narrata breui confecimus omnia uerſu:
Hîc modus ergo operi, noſtriſq; laboribus eſto.
Nam quis larga ſenex fœcundæ ſemina matris
Aut leuibus ſatagit calamis, aut ubere quamuis
Multipliciq; aucta ſtudio, comprendere Muſa?
Quæ ſi ſcire uelis, atomos prius ipſe uolantes,
Sparſaq; littoribus numeraris ſaxa, uel idem
Oceani captes librato pondere guttas.
Et ſcis Thyrſi meas, quibus hoc caput unda doloriq;
Impetit, ærumnas: uacuo ne in carmina poßim
Eſſe animo, & numeris implere ſonantibus aures.
Sed tamẽ haud fugiam, quin cùm lux craſtina læto
Sole iubar referat, noſtrumq; niteſcit in orbem:
Quæ iam tute rogas, cumulato carmine promptus
Naturæq; alijs penetralibus eruta, reddam.
Nunc cùm tracta dies uerſo declinet olympo
Præcipitiq; trahat Phœbus temone iugales,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Cedamus, pecudesq; domum ſaturasq; capellas
Balantumq; greges, ne rore premantur, agamus.

ECLOGA QVARTA, CODRVS.

CODRVS, LVMBRICVS.

INfeſtas animi curas, atq; inuida Codri
Pectora dicemus: quem ſunt mirata furentem
Balthica, qua tremulos propellunt æquora fluctus:
Diffugere greges, ſummisq; in montibus ornos
Inter, & eduras corylos, quercuſq; uirentes
Corpora tàm fœdo ſtupefacti carmine mergunt:
Flumina conſtiterant, armentaq; fortia quamuis
Horrebant uillis, & ſe ſubducere ripa.
Has igitur Codri furias animiq; uenena,
Omnia quæ diro promouit Lumbricus auſu,
Dùm Phlegethonteo ſua guttura digna Tyranno
Mancipat, ac turpi conſentit uanus amico:
Dicemus. Tu plectra moue calamumq; Minerua
O Phœbi ſoror, & ſtudij pars maxima noſtri,

Pieriosq;

Pierioſq; animo præſens affunde calores:
Ne mea frigus iners conuellat pectora, cum ſe
Prompta ferant, medios inter fluctusq; doloſq;,
Et ſuffuſa canant liuenti prata ueneno.
Certantes igitur poſtquàm ſtupet Amphitrite,
Nec piſces tranare fretum meminere, nec hamos
Sublegere inſidijs, & aduncos fallere caſſes:
Fluctibus attoniti ſtabant, aut mæſta profundis
Demerſere uadis, figuntq; ea tergora ſaxo.
Quin uiſæ celeres perrumpere uincla carinæ,
Et ſpreta ſtatione fugam tentare per undas,
Horriſonoq; freto miſeram petijſſe ſalutem:
,, Tantum Codrus alit ſimulato uirus in ore.
Quid? quòd et agreſtes perſtrinxerit halitus her=
Ac loca, Valbyacis quamuis in montibus acri (bas
Nitantur ſtipula, calamiſq; tenacibus extent:
Aut nitidos etenim mutant afflata colores,
Aut tacta radice cadunt: ut uiuida morbo
Corpora tabeſcunt, ſubitiſq; doloribus ardent:
Ceu cum ſidereis ſtringuntur ab ignibus, alto
Nata ſolo, uirideſq; comas populantur edaci
Fulmina ſæua manu, dirimuntq; tonitrua quercus.
Et iam primus equis fumantia pectora Phœbus
Soluerat, ac lato ſubmittens lumina mundo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ardua Cimbriacæ pulſabat culmina terræ:
Lumbricus aſſueto graciles cum more capellas
Exigeret ſtabulis, pinguiq; induceret aruo:
Aggeris ad rupti cumulos, ubi multa ſubinde
Defluit unda freto, ſtagniſq; liquentibus errat,
Pellentem uaccas Codrum, caproſq; petulcos
Conſpicit, & triſti ſubmittere lumina uultu.
Hic illum contra poſtquam uidet: ocyus orti
Lumbrice ſit facies Solis tibi dixit, & aura
Hæc iucunda, gregiq; tuo lætiſsima paſtu.

Lu. Et tibi Codre boues, lentis pecus omne ſalictis
Mollia diſtento ſuffarciat ubera lacte.

Co. Lumbrice, nullæ equidē floreſcunt amplius herbæ
Montibus in noſtris: Mars improbus omnia flāmis
Strinxit, & ardenti confecit Phœbus olympo.
Decliui quapropter oues in ualle caperq;
Errat, & inſolito ueſtigat paſcua curſu.
Vtq; ſuo petulans amiſſo buccula Tauro
Prata per, & rigidos ſaltus camposq; uagatur:
Sic ubi ſetigerum ſus deperit horrida uerrem
Cùm calor in Venerem blandis pruritibus urget
Lataq; ſucciduis tranſcurrit odoribus arua:
Haud aliter grex errat agris, nec gramine ponit
Molle latus, ſua nec placidæ dare crura quieti

Aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Aut queat, aut meminit. Sũt pabula læta profundo
Corpora quæ ſomno mergunt, curiſq; reſoluunt.
Hæc eadem pingues faciunt nitidoſq; iuuencos,
Strictaq; ſpumoſo tangentibus ilia condunt
Sumine: Paſtores eadem cantare, iociſq;
Indulgere bonos, teneraſq; ſalire capellas
Efficiunt: pingues ludunt in collibus agni,
Procurruntq; boues ſaturi, cornuq; minantur
Et fera multiplici decernunt prælia curſu.
Pabula ſunt ô Paſtor, oues quæ & corpora ſeruant
Armentũm: ſeruata fouent, quæ fota ſalubri
Congreſſu Venerem fœtuq; & prole ſecundant:
Macra ſtygem ſubeũt, herebiq; ferũtur in umbras.
Lu. Hîc fontes liquidi, & magalia læta bubulcis,
Confertiq; fluunt noſtris regionibus amnes:
Hoc poteris mecum conſtrato uepribus antro
Paſcentes ſpectare boues: dulciſq; ſuſurri
Propter aquam, molles animis inducere ſomnos.
Aut tibi diſparili connectere ſtramina cæra,
Inflatoſq; agitare ſonos, carmenq; foratis
Demulcere notis, & oues recreare canendo.
Co. Ite, meum nunc molle pecus: carpetis amaras
Hîc ſalices, cytiſumq; leuem, gemmaſq; uirentis
Arbuti, & è ſumma tondetis arundine gramen
Pinguius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Pinguius, & celeri uerbenam dente legetis.
Interea recubemus agris, iuxtaq; cadentes
Vndarum ſonitus referamus in ocia corpus.
Dura fatigato cura eſt, feßisq; moleſta
Artubus: at tenui proſternere membra cupreſſo
Dulce ſatis, leneſq; animo captare ſuſurros.
Lu. At te quid laſſum quereris? cum prima diei
Portio labatur, nec adhuc altißimus umbras
Frondibus inducat gyrato Phœbus olympo?
Co. Lumbrice, paſtorum multo genus acre labori
Naſcitur: & dubios magno diſcrimine fructus
Inijcit ingenij curis, ſeruitq; fruendo,
Longaq; difficili ſudore pericula uoluit.
Interdum morbis tabet pecus: utq; ſubindè
Acer equus plenis lethum præſepibus haurit
Correptus flammis: nigroq; ſoluta ueneno
Colla ferit, gemituq; leues ſuſpirat in auras:
Sic pecus interdum, ſtabulo non prorſus inani
Concidit, & mortem celato ducit ab igne.
Nonnunquàm turpi ſcabie perfuſa, miſellam
Ægra quidem uitam retinent armenta, ſed illam
Proluuie fœdam: fluidoq; natantia pure
Vlcera, mœſta trahunt: interdum ſana boniſq;
Integra corporibus, cum pratis paſcit opimis,

Luxuriant,

Luxuriant, cornuq́; petunt, & luſibus inſtant:
Sed quibus haud rarò ſuccedunt ſeria: cum ſe
Taurus in aduerſos ſparſa confirmat arena,
Inceditque boues, & prælia ſuſtinet ira.
Hinc transferre domum uaccas, quibus ilia longo
Singultu pulſata tremunt, lateque cruorem
Vulnera reiectant, genubusque innixa trahuntur:
Aut cornu Tauro excuſſum, dùm fortia tota
Robora nituntur ceruice, pedémque prementi
Obiecere pedi, & releuant ſuffragine corpus.
Interdum cœno & prolapſa paludibus hærent,
Submerguntque dies puteis, æuoque reſignant.
Nonnunquam fera perdit oues, ſtolidasque capellas
Seu lupa, ſeu Tygris, ſoboli cum fœta tenellæ
Pabula uenatur, tenerosq; inquirit in agnos.
Deniq; crudeli ſunt quædam obnoxia furto
Et multis armenta uijs, multisq; teruntur
Inſidijs: ſemperq; graui propiora feruntur
Eſſe malo, grandi quo maior ab ubere quæque
Vacca ſit, & dulci ſubmergit Cymbia lacte.
Poſtremò ut miſeris aliud paſtoribus eſſet
Nil graue, difficili neq; cætera uita labore
Preſſa foret: tamen hos ita lata per arua ruentes
Conſequier curſu, curisq; per inuia ferri,

Tedet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Tedet, & ingrato feſſos ſudore moleſtat.
Lu. Codre recordari dulces quos paſcua fructus
Paſtorum curis referunt, & prodere toto
Te decet ingenio, condit quod ouile lucellum.
„Ardua ſollicitis ſunt cuncta laboribus alto
„Iampridem firmata polo: placuiſſe uetuſtas
„Hoc perhibet Diuis, & agros ſudore teneri.
Paſcere, moliri, traducere, ferre, locoſq;
Explorare pedo, lacerumq; & corpora fractum
Deuincire, recenſq; ſatas geſtare capellas,
Tempora partiri, & multo fœnilia paſtu
Compleuiſſe, bonaſq; auſu nutrire Lyciſcas,
Maxima paſtorum cura eſt: hæc ſedula noſtram
Et diuturna premunt, reparantq; negocia uitam.
Sed non ſola quidem, quæ ſunt inſcripta labori
Dicere fas: etiam quæ ſunt uberrima quæſtu
Virtus eſt memorare bonos: plærunq; proteruum
„Hoc genus, in uulgus ſi quæ ſunt aſpera ſpargit:
„Vtile quodque tacet, fructuſq; ſilentia mergunt.
Co. Lumbrice, non ſoliti fructus, non copia lactis
Expreſſi deinceps, niſi quid me fallat, in aruis
Laudari noſtris, aut ducere commoda poſſit.
Lu. Omen id audaces comprendat Codre, maloſq;.
Vallibus in noſtris carpent dumeta iuuenci:

Et ſua repenti ſuccreſcant gramina riuo.

Co. Nec ualles deinceps ueſtri, nec prata ualebunt
Et pecus, utilibus neq; fluctibus amnis inundet:
Riuus & hic ſonitu ſubter labetur inani.

Lu. Montibus è noſtris decurrunt flumina, nullus
Quæ ſiccare potis feruenti lumine Phœbus:
Molliter hac ſomnos ducamus & ocia ripa.

Co. Excelſis aries qui cornibus anteit agnos
Et caput elata ſuſtollit in æthera fronte,
Mox pingui macer & denſo flacceſcet in aruo.

Lu. Nil meus inuiſum facibus grex curat amorem:
Tempora ſortitur Veneri, poſt fœta quieſcunt
Hijs armenta uadis, & paſcua nota ſequuntur.

Co. Lumbrice, tranquillo pecudes cum ceſpite paſcas,
Mollia ſub uiridi meditaris carmina quercu
Securus famæ iuuenum, quæ murmure paßim
Spargitur audaci, totisq; in ſaltibus errat.

Lu. Maxima ſæpe quidem mendax eſt fama, nec illam
» Vt facerem magni, ueteres docuere parentes:
» Plærunque effictis populi rumoribus auram
» Captat, & impreſſo lacerarit ſeria rictu:
» Sæpe etiam narrat ueraci falſa labello,
» Et pluſquam uolucri teſtatur Protea uultu.

Co. Per Solem, ſtygiamq; Hecaten, diuumq; Tonantē

Nulla

Nulla tuas uenit narrando fama per aures
Diſceſſus Scythici, nec iter tibi dulce relatum
Phædrius Eoum quod noſter obibit in orbem?
Lu. Auditum eſt, paſtor: ſed & hoc mihi Phædrius
Rettulit, ac longo reditum ſermone notauit, (ipſe
Hos etiam calamos aſſueta foramina Muſis
Donat, & antiqui capias tibi, dixit, amoris
Hoc noſtri pignus, facilesq; ſodalibus opta
Ire uias, abituq; niues penetrare ſecundo,
Quàm latè campis intorta Boriſthenis unda
Confluit, & Scythicis gremio luctatur arenis:
Accepi, ſeruoq; lubens, & uerſibus orno.
Co. Tale tibi munus, quod amico Phædrius ore
Donat, & effuſo decantat gramen ab uſu,
Quale freto nymbi celeres, & maxima uentis
Seditio, cum larga ſalo incubuere tumenti
Flamina, commoto dum uaſtus Orion olympo
Aut premit, aut denſat fluctus, ſæuitque profundo
Thetis, & emiſſo graſſatur Spiritus igne:
Pontigradæ tremuere rates, medijsque tenebris
Hauſta dies, liquidam merſit caligine lucem:
Soluitur uncta uadis abies, pronóque relictus
Nauita profundit gemebundus in æquore uitam.
Lu. Hoſtibus iſta ſiet cladésque & cantio noſtris,

Fas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

„ Fas odiſſe malos: At amici munera nemo
„ Damnarit bonus, & ſtudio proſcindat inani.
„ Præſtantes equidem turpe eſt inceſſere dictis,
„ Quos ſua fata beant,ducitq; per ardua uirtus.
Co. Lumbrice, Sidereos magni per Apollinis ignes,
Quid tua dicta ferunt? an ut hanc quoq; peſſima
Semper alant,hac te donatum uoce putabis? (uocẽ
Neſcio quæ non tetra tibi plerunque uideri
Grata ſolent:ut agris ſi quis ſpectauerit ortus
Herbarum uarios,rerumq; ignarus & uſus
Confundat titulos, miſcetq; operoſa cicutis
Arbuta:ceu uiolis Narciſsi nomina iungat
Proq; roſis digito uicina papauera monſtret.
Haud ſecus arrident tibi Lumbrice cuncta probaſq;
Quod uel cunque malo ſubnixum robore frondet.
Hucné igitur monitis deuenimus?anne perinde
Vt nullo anſeribus lenteſcit plumula rore,
Irrita ſic tecum præcepta ſalubria fructu
Tabeſcent: miſeroq; premant tua pectora quæſtu?
Deſine mirari, quæ nos culpamus & iſtam
Dum mutare locus iuueni,precor exue mentem.
Lu. Quid facerẽ? neq; enim quæ ſunt bene facta,ma-
Obtrectare queam:nec me damnauero Diti. (ligne
Phædrius hic magna paſtorum laude,priores

Occupat: & forſan merito celebratur honore.
Paſcit enim pecudes bene: nec ſubduxerit alter
Tempora uel melius, uel ouilia rectius altis
Vallerit clatris, ſudibusué præhendat acutis.
Deniq; nec ſimili properos nutrire moloſſos
Sedulitate potis: nec quisquam rura perinde
Veloci capit officio: ſi forſitan arua
Aut lupus inſidijs armentaq́; læta fatigat,
Aut celeres falcem uindemia poſcit in uuas.

Co. Cantando tu illum commendes Lumbrice, quē nos
Perſequimur dictis, odioq; patente grauamus?
Illius aut dextram tantum reuerere pedesq;,
Et quemcunqué oculi meditatur lumine nutum:
Aut genio ſubſcribe meo, monitisq; uetuſtis,
Noſtraq; tam facili præponas ſeria menti.
Haud commune feram quod tu tibi fœdus in illo
Votaq́; conſtituis: ſocio lætabere Codro
Auſpicijsq; meis: tenues ſine phædrius agnos
Paſcat: & in leuibus conquirat pabula teſquis.

Lu. Sæpe quidē hoc animi uirtus te Codre, queruntur
Paſtores, uomuiſſe bonis: nec publica ſyluis
Fama latet: magnas etiam penetrauit in urbes
Fanaq́; diuorum tetigit, poſtesq; ſuperbos
Cæſaris, & genio tali celebraris in aula:

Optarem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Optarem melius precoriq; gregiq; tibiq;
Conſultum foret, ac minus hoc mordere ueneno.
Co. Per ſuperos, Herebiq; canes, faucesq; triſulcas
Infernasq; domos, & condita regna tenebris,
Quid tibi tu paſtor quæris? aut guttura uulgi
Quid moror? inuiſos habeant, quos ferre neceſſe eſt.
Sic uſus mihi: fortunam uaga ſidera noſtram
Hoc poſuere loco, mihi ne timuiſſe neceſſum
Impulſus ſiet, aut curſus metuiſſe uolucres
Illius, ac lapſus faciles: nec protinus eſſe
Vſq; uelis bonus, & populi rumore teneri.
Et fortaſſe malis aliqua eſt quoq; gratia: nonnē
Mella uides dulci perfuſa liquentia ſucco?
Nec ſtipata locis tamen omnibus iſta recondunt
Agricolæ: nec apes noſtris examina ducunt
Montibus, aut fauos uicino robore figunt.
Grata roſis facies, uiolisq; aſpectus odoris:
Nonnunquam tamen & pueri mollesq; puellæ
Fraga legunt, nigrisq; petunt uaccinia ramis.
Deniq; nec ſemper, pretio quia carius, aurum
Expetitur: non raro etiam ſunt ferrea magno
Vaſa bono: calybemq; armis atq; æra requirunt.
Præſtat enim læſiſſe bonos, quam recta tueri.
Quod ni tu facias: neq; conſuetudine noſtra,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Non ope, non uotis, ueteri nec amore fruare.
Lu. Phædrius at meritum iam ſcandit culmen, & illũ
Deijcere, inſano tentauerit improbus auſu.
Præcipuè in Scythiam cum pergat: ouesq́; pecusq́;
Omne agat, & pingui ſtatuat ſub fronde capellas:
Immergatq́; greges fluuijs, & uellera denſo
Sole lauet, grataq́; aries recubarit in umbra.
Co. Lumbrice, nil unquam ſapis: at tu plumbeus eſto
Et ſtipes: quid enim conceptis fraudibus egi,
Quàm retinere uias, Scyticosq́; inhibere receſſus:
Ne ſua Pleſcouijs armenta effundat in aruis
Phædrius, ac denſo diſtendat uiſcera paſtu?
Lu. Id uerò qua tute uia perfeceris? illum
Namq; iter accinctũ mox carpere rumor: et iſthac
Nocte canes crebris feriunt latratibus auras:
Nunc abijſſe reor, curſusq́; urgere ſecundos.
Co. Imo age nequaq̃ diſceſſerit ille, nec uſq̃
Promouiſſe pedes potis, aut traxiſiſſe moloſſos.
Hæc mihi iam dudum res eſt confecta: nec hoc ſe
Phædrius ingenio retineri ſentit & arte.
Lu. At quid tantopere ſtudio contendis & aſtu
Hos iuueni ſtruxiſſe dolos, animoq́; moleſto
Barbara fers geticis hunc quærere montibus arua?
Co. Dicam equidem: Scythiæ dulci pinguedine campi
Luxu-

Luxuriant paſtor: fluuijsq; patentibus omnes
Perfuſi, læta complent uligine ualles,
Et fœcunda ſolo prolectant gramina riui.
Paſcua ſunt hîc læta gregi querulisq; capellis,
Mitia grana locis,& prata uirentia muſco.
Cur iſtuc igitur noſtrum diſcedere nolim,
Res manifeſta. Equidem meliori protinus aruo
Paſceret,& rigua pecudes in ualle locaret
Securus,lentæq; induceret ocia uitæ.
Pòſt Neogardiaco cum fonte reuerſus in urbem
Hanc noſtram, denſis armenta reduceret aruis
Atq; ſolo ſtabulet patrio, camposq; priores
Hîc repetat, ueteriq; pecus diffundat agello:
Tum ſordes equidem fuerint, quæ magna ſubinde
Montibus in noſtris mirari dona ſolemus.
Ille boues ſecum pingues,taurosq; calenti
Sumine diſtentos referet, nitidasq; capellas:
Noſtra ſed hæc tenui, & macro ſubtegmine lucem
Transmittent armenta:uelut dare punica flammas
Vulcano lucerna ſolet,cum accenſa tenebras
Diſcutit,& clauſo profundit lumina cornu.
Lumbrice,quid ſocijs patrio reſidentibus antro
Conſilij tandem ac animi tum rere futurum?
Hæc mihi ſunt igitur ſic proſpicienda,teneri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Phædrius ut ſterili nobiſcum ceſpite poßit,
Et glomerare ſolo pecudes tenuiq; maloq;,
Glarea ubi,& macro flacceſcant corpora paſtu.
Deniq; conſilijs etiam tu iuueris : iſtud
Profuerit ſiquidem nõ cenſu hunc creſcere,pingues
Nec luſtrare boues,nec oues tondere nitentes.
Lu. Codre tibi noſtros æquum eſt parere labores:
Nam melius quæ recta uides,quodq; utile ruri
Ac gregibus fuerit,prudenti pectore uerſas.
Et quanquam antiquo noſter mihi iunctus ab uſu
Phædrius,officium meritò contendere poßit:
Hunc odiſſe tamen fas eſt,uinctumq; teneri
Fortuna,& duris ætatem cladibus angi:
Quod tu cunque iubes etenim feciſſe neceſſe eſt.
Co. Ingenium laudo,pectusq; in noſtra paratum
Commoda:Sed teneras iam ſol altißimus herbas
Stringit,& in pecudes feruenti fulminat igne:
Surgamus,fluuioq; boues ſtatuamus & agnos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

ECLOGA QVINTA,

MYRMIX.

PIRAMVS. LYCIDAS.

Ly. Qvo tã mane pedes? an Pirame tendis in urbẽ?
Tunè fidem nobis heſterna luce dediſti
Lanigeras huc te pecudes, hirtasq́; capellas
Acturum, & noſtris hauſturum fontibus undas?
Commendare ſoles etenim mea flumina, dulci
Ante quidem cellant quòd grata liquore ſitimq́;
Promptius extinguant: ſaniemq́; ac tetra ſalubri
Vlcera, purgatis ſubigant aſpergine morbis.

Pi. Haud equidem inficias ueniam: ſed ruſtica tute
Scis Lycida, duris oppreſſa laboribus eſſe
Fata: nec arbitrio decreta tripudia duci.
Mens mihi certa fuit ueſtris hoc tempus in oris
Exigere, & tecum ludentes uerſibus horas
Fallere: me ſiquidem donaras ante cicuta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Hac tenui : quanquàm neq; murmure garrit inanì
Nec commiſſa fugit fœcundi carminis arma.
Nunc ea uerſa uides : heſterno barbarus igne
Miles adit, multa de nocte : iubetq; capellas
Has dom̃ino,quod nec bene uertat,ferre Tyranno.
Sed quo tu Lycida ? an nobiſcum pergis in urbem
Ingreſſusq; uias miſeris ſociere colonis ?
Ly. Commune eſt ô paſtor iter, dum noſtra ſacello
Hoc uia ſe bifido diffindat acumine:uerum
Quid gemitus trahis & mœſtus ſuſpiria ducis?
Pi. Multa quidem ſubeunt animũ multisq; recurſant
Ordinibus curæ, miſero dum pectore ductam
Agricolis ſortem,ſceleratáq; plura recordor,
Nos quibus emungunt funeſtæ cladibus aulæ.
Contrà autem cum te ſpectem ſacrosq; labores,
Intuearq; pedum, ueteris ueſtigia mundi :
Vix equidẽ lachrymas cohibent mea lumina iuſtas.
Nam uideo noſtri quo dudum more parentes
Hijs uixere locis : cum ſcilicet alma beatos
Complexa eſt niuea Libertas fronte colonos.
Agricolas etenim non uis ea dura ſubegit,
Sed molli ductos ſtudio parere iubebat
Imperium, & facili flexit quoscunque labello.
Annuus hîc cenſus numero conſtabat & uſu,

Nec quid præterea domini exegere, nec agros
Mulctabant, nullo diſcuſſos iure Tyranni.
Tum ſua Maiores ſoluebant uota Tonanti
Et precibus duplicare manus, cœlumq; tueri:
Quàm primum radijs etenim fax aurea Phœbi
Colluſtrauit humum, fuditq; per æquora lucem,
Diuorum lucos ſacrataq; templa petebant,
Supplicibusq; onerant complexi altaria donis:
Mox ad opus uitæq; uſus & aratra reuerſi,
Languida multorum diuini membra fouebant
Mortales, fauſtisq; laboribus arua colebant.
Hæc equidem priſcis fœlix & uita beata
Eſſe ferebatur: quæ uaſta Tyrannidis arma
Haud experta, focis proprijs cultuq; Deorum
Læta fuit: cæſisq; epulata ſubinde iuuencis
Pignora nutribant: patriam quæ libera ſortem
Legibus exciperent, & nomina longa referrent.
Cuius te uideam cum ſolum penè relictum
Fortunæ comitem, proſtrataq; cladibus eſſe
Cætera, nec ueteri paſtores iure teneri:
Multa quidem Lycida mentem perturbat imago,
Seu Libertatis priſcæ, mundiq; prioris:
Seu fati, quo noſtra ruunt oppreſſa maligno,
Seu uenturæ etiam ſortis diriq; pericli

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Quo meritas ſtatuent cœleſtia numina pœnas
Vindiceq́; oppreſſos, tam triſti è carcere, dextra
Eripiet Nemeſis, finemq́; laboribus addet.
Ly. Pirame, nec gemitus uoceſq́; ignoro, nec ipſe
Diuerſam mihi polliceor, mea triſtia, ſortem:
Et iam neſcio quid nonnunq̃ ex ilice cornix
Garrula prædicit raucoq́; immurmurat ore:
Certè equidem tenues è toto corpore plumas
Vellit, & audaci lacerat ſua corpora morſu.
Omnia quapropter ſic ſunt mihi noſtra ſecundo
Ingenio diſpoſta, ſuiſq́; obuerſa periclis:
Vt cùm difficiles, triſtiſſima tempora, caſus
Permetuam, turbentq́; futura negocia mentem:
Quæ meliora tamen uotiſq́; ac fletibus optem,
Depoſcamq́; deos fortunæ iura benignæ:
Quod, quæcunq́; forent, fatoq́; premente ſequãtur,
Eſſe ferenda ſciam: nec noſtro murmure, diuum
Siue uoluntatem, ſeu flecti numina poſſe:
Aut fieri, ut gemitu miſeris leuiora uideri
Fata queant, ſi paſtores colliſa dolore
Pectora conficiũt, lacrymiſq́; frequentibus augent.
Arbitrio fortuna rotam quapropter & orbem
Impellat licet, ac ſuperum conturbet olympum,
Si fas eſſe ſinant metuendi iura tonantis:

Haud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Haud equidem fera ſecuros oppreſſerit:iſtos
Iam dudum fluctus tempeſtateſq; uidemus.
Deniq; nulla quidem cautos inopina proteruè
Obruerint mala paſtores:ſeu Maurus in ortum
Tela ferat : ſiue Heſperijs minitetur agellis
Caſpia qui ſæuo populus colit æquora ritu.
Heſterna nam tute die uentura canebas
Myrmicis quondam dictis excepta:futurum
Vt gens noſtra graui ſub pondere laſſa prematur
Seruili uexata iugo:duroſq; Tyrannos
Suſtineat, ſacris defenſa parentibus olim.
At partem tantum referebas : optima Taurus
Interrupit,humum ſpargens & latius errans.
Illa quidē haud graue ſit,mihi cōmemorare rogāti
Dum iuncti gradiamur : iter fortaſſe leuarit
Colloquium,& rigidos narratio molliet artus.
Py. *Rectè equidē ô Lycida, pectuſq; animūq; futuros*
Obfirmas caſus contra, duroſq; labores :
Quos oracla quidem uenturæ præſcia ſortis
Ac ſacri monitus,& rerum gnara uetuſtas,
Fatidicæ quercus,lapidiq; inſcripta, canebant.
Illa igitur cum me iubeas memorare, moleſtè
Haud equidem officium tulerim : ſed dicta beati
Myrmicis referam,& ſumma ceu cuſpide tangam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Quamuis ille etenim uarios recitare ſolebat
Euentus populis, obſcuraq́; multa tenebat
Antiquis immerſa notis, uarioq́; relatu
Explorata: equidem præſentis tempora belli
Limite diſtinxit, mutataq́; regna ſecundis
Articulis partitus: in hæc quoq; fixit ocellos
Crimina, quæ patrias iam debachantur in urbes:
Singula nequaquàm tamē ordine perſequar: iſtud
Et fortaſſe foret longum nimis: & tibi curæ
Hos tantum Lycida magnos nouiſſe labores
Vinclaq́; dura, quibus tanti monumenta doloris,
Agricolis ſtatuit ſuperi ſententia mundi.
  Ergo ubi iam Corydon ſubtriſti uoce rogaſſet,
Fatidicos ueterum calamos denſasq; lituris
Annales Myrmix, oraclaq́; priſca referret:
Ille equidem tali, non auerſatus amicum,
Protinus exorſam decurrit pectine telam.
  Quamq̄ arcana ſient ueteris mihi plurima mū-
Cognita, paſtores: teneamq́; relata priori (di
Multa quidem ſeclo: quod me uel longa Senectus
Vel rerum ſeries, & agris data copia noſtris
Duxerit hos circum campos: portusq́; marinos
Tranſierim, & uario luſtrarim plurima curſu:
Haud tamē ulla magis memori mihi condita mente

Fixa

Fixa manent,animiſuè frequētius acta recurrunt:
Quã quæ tu Corydon,ſtupefactus corda,rogabas.
Has igitur rerum ſortes, & arata figuris
Inſolitis monumenta:animo cum maxima noſtrò
Quærere cura foret : ductus ſermone parentum
Ac fama (noſtro conſtans quæ perſonat orbe,
Eſſe aliquid ſaxis & dura in rupe priori
Digeſtum ſeclo : uatumq́; expreſſa ſtupendis
Carmina ſpiritibus : qui noſtra pericula multò
Proſpexere prius, quàm nos expleta dolemus
Omnia,fatidicis quæ prodita uerſibus extant)
Ingreßiq́; uias,celebres tentauimus urbes,
Structaq́; magnificis loca regia ſumptibus,arces.
Sed quæſita meo, Diuum ſecreta labori,
Nec poterant arces ſpectanda locare,nec urbes:
Donec reſponſo tandem mea pectora quidam
Firmauit ſenior,tremulus maris accola noſtri:
Neſtoreos qui penè quidem iam uixerat annos,
Cornicisq́; æuo cura certabat inani :
Multa equidem cui nota forent,quæ ſparſa relatu
Multiplici,ueterum referebant geſta parentum.
Hic me ſollicitum uarioq́; errare recurſu
Vt uidet,& longo Mæandrum uertere flexu:
Theſea præſtabat,monitusq́; iniecit eunti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Magna Deûm Myrmix oracula quæris, & iſto
Fine diu, uarij circum loca nominis erras
Feſſus, & haud aliquo perdis tua tempora fructu:
Deſine ſplendori ſuperos committere. cœlo
Iupiter elapſus, ueteris quod fabula mundi
Trita refert, poſtes nunquid petijſſe ſuperbos
Dicitur, & celſa latuiſſe benignus in aula?
Haud equidem: licet ille domos petijſſet & aulas
Mille domos clauſere ſeræ tectumq́; negarunt:
Mille etiam ſtruxere dolos, ſataguntq́; Tonantem
Fallere, & aſtuto cœlum deludere riſu.
Propterea quidam hoſpitioq́; domoq́; carentes
Rurſus egent: pulſiq́; colunt in ſaltibus æuum,
Haud rarò auditi patrias ululare per urbes.
At pia Baucis anus, coniunctaq́; corda, Philemon
Vicinis actum ſannisq́; & fraude Tonantem
Excipiunt, promptoq́; fouent conamine Diuos,
Virtutis comites, & uera laude beati.
Ciuica non igitur tentes faſtigia: nec tu
Exquiras ſtolidis reſponſa latentia tectis.
Rus pete, & Agricolis ſtudio coniungere: rura
Quod petis, æqua dabunt, finemq́; laboribus addēt.
Vtq́; minus ſiet errandum mea pectora dicta
Conde tuo, ac animis aduerte monentibus aures.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Quã tibi mõſtrarint, Viridem cognomine uallẽ
Fata peragranti: totis ubi candida pennis
Expoſuit ramo nidos, habitátq; ſub umbris
Pica loquax, uarioſq́; ſonos ſtrepituſq́; ſecunda
Garrulitate iacit, uacuóq; cacumine regnat:
Hic equidem Myrmix, longo quæſita labore
Inuenies: cupiduſq́; tuis cumulabere uotis.
Dixerat ille, manúq; uelut lacrymantia terſit
Luminatum cauſas gemitus preßiq; doloris,
Cum calor exciret mentem, quæſiſſe: reclinat
Hiſpida colla thoro: nec dicta moratus, abito
Dixit, & ô noſtræ Myrmix ſpes magna ſenectæ
Quæ monumenta ferent tanto tibi cognita marte
Excerpas collecta, notiſq́; fidelibus hauri:
Hucq́; refer, ſi fortè oculis mihi cernere fas ſit,
Occultata diu magni decreta Tonantis,
Hanc prius excutiam quàm molem corporis, et nos
Criminis haud diri mens conſcia iungat olympo.
Hinc mihi ſuccreuit ſtudiumq́; & iuſta uoluntas
Omnia ſcrutandi patriæ loca, rura lacuſq́;
Ac campos: ſi fortè aliqua mihi parte uirentes
Fata darent, niueáq; habitatas alite ualles.
Eſt locus eximio naturæ clarus honore,
Gramine ueſtitum prodens: ubi flexilis alto

Flu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Flumine ſubiectas illabitur æquoris undas
Gudius, & fluctu piſcoſas uoluit arenas:
Nobilis, & fundo diues, radijsq; benigni
Solis,& accliui conſertus tegmina monte:
Quo nullus cœlo melior pratiſue ſecundis,
Cimbrica quàm latè boreã proſpectat & Auſtrũ
Cherſoneſus, & heſperia lauat æquora ripa,
Aut premit Eoo ditiſſima littora fluctu:
Vallis amœna, ſuisq; haud indiga rebus:at omnem
Copia diues alit præpingui uligine campum.
Cui neq; deliciæ Graijs pulcerrima Tempe,
Iuncta nec Auſonijs certarint mœnia Baijs.
Hanc ubi confecto diuiſa per æquora curſu
Tranſieram: Viridi dictam cognomine uallem
Perdidici, nomenq; uetus noua fama coronat.
Ingredior,tacitusq; pedem ac ueſtigia figo,
Et ſimul. O noſtri ductorq; autorq; laboris
Phœbe pater:celſa qui nos tuearis ab arce
Et gregibus mites præſtas ſitientibus undas:
Hoc mihi perficias uotumq; uiamq; precanti,
Atq; iter æthereo ſuſceptum numine firmes.
Vix ea finieram:paribus ſe ſuſtulit alis
In ſublime procul uolucris:cui garrula lingua
Caudaq; ſubſaliens:ſtrepitus imitantia noſtros

Gut-

Guttura, & exactum duplicato uellere corpus
Dùm tua fumoſis circum uolat atria tectis.
Hîc tota pluma candens, niueoq́; colore
Conſpicua:excelſum dum ſcandit in aëra,rurſus
Præcipiti nidum lapſu petit, idq́; rotato
Ter ſimilis repetit,ſinuatq́; uolumina gyro,
Et tandem arborea ſubſidens fronde quieuit.
Vt uidi:mentem ferijt mihi protinus illa
Dictorum ſenis,ac animum perculſit imago:
Hæc eſt ſacra meis coniuncta laboribus ales
Et requies curis ſupremaq́; ſemita noſtris.
Salue Pica dijs gratiſſima:ſeu tibi cœlum
Scire futura dedit:ſeu te cuſtode beatos
Seruarunt monitus:ſeu tu mihi pectore firmes
Commonſtresq́; uiam, curasq́; animumq́; ſerenes:
Labere propitio commiſſa per arua uolatu,
Et ueteres læto foueas ſubtegmine nidos.
Iamq́; iter expleram, media cum ualle ſupinum
Aſpexi ſaxum, uaſto quod pondere latè
Prominet,& uiridi deſertum in ceſpite regnat:
Saxum ingens, crudum, nodisq́; immane rigensq́;
Sed latere obuerſo terſum:uelut æquora uentis
Haud tumidis cõſtrata ſilent,dantq́; humida mollē
Planitiem,ac leni compeſcunt murmura ponto:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Inclinata quidem quod ſumma cacumina uiſum eſt
Submiſiſſe ſolo,tacitamq́; urgere ruinam.
Quantus in Aethneo conſedit culmine Cyclops
Dilaceratq́; genas & cæcos lumina uultus,
Subnixus cubito,aut lentam complexus oliuam:
Sic ſeſe in dextram latus inclinarat, & ipſo
Penè quidem impulſo linteſcit corpore rupes.
Hoc iuxta ignotis excreuit fructibus arbos,
Vt ramos orno ſimilis,ſic cortice celſam
Procero tiliam, folijsq́; trementibus æquans:
Quam uarijs multi titulis,uarioq́; comatam
Nomine multarunt, & ineptis uocibus urgent.
Hac equidem uolucris fatalis in arbore nidum
Fixerat:& latè circum dominata,repertam
Garrula compleuit,ſubiectaq́; paſcua uallem.
Ergo ubi me celeri uenientem lumine uidit
Inſtrepitat ramis, & agit clamoribus auras:
Seu fatis plaudat,ſeu tempora ſera peroſa
Præſago referat uenturas murmure ſortes.
Intrepidus ſubij quo me meus ardor agebat,
Tentauiq́; locum,ſaxumq́; aſpectibus hauſi:
Et primo,uix ulla quidem ueſtigia Muſis
Vidimus,ac nullos prodebat linea ductus.
Vſq; adeò nebulæ, uenti pluuiæq́; cadentes

Obliterare

Obliterare, etiam tam duro è robore poſſunt.
Omnia muſcus habet latè loca:ſæua uetuſtas
» Quid non perdideris,ſilices cum tempora uellãt?
Ergo ubi deterſas ſubraſit dextera ſordes,
Et ueteres medio patuerunt ordine ſulci:
Tum uerò manifeſta fides:quid numina diuum
Cœlitibusq; ſacri,iunctiſsima pectora uates
In noſtros cecinere dies, priſcoq; relatu
Euenient ſero non uana pericula mundo.
Gentibus Iſmarijs, latioq; ego gratulor orbi,
Gratulor & terræ,ſi quæ longiſsima noſtras
Ignorat clades, miſerisq; penatibus abſit.
Hinc mihi paſtores, ſecli ſunt multa prioris
Cognita,quæ noſtros latuerunt preſſa parentes.
Et uentura etiam nonnunquàm fata ſolemus
Sarta Deo,recitare uiris :quos cura futuri
Detinet,& uario contriſtat pectora morſu.
Sic etenim ſecuri,omnem ſuperare ferendo
Fortunam aſſueſcent:ſi,quæ tolerare neceſſe eſt,
Et prædicta dijs & cœlo condita norint.
Sed mihi nulla quidem tacitam ſententia mentẽ
Crebrius exſtimulat,nec fortius ulla reſedit
Hijs animis quàm quæ agricolis uentura canebat
Omnia dura bonis,explendaq; tempora luctu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Namq; inter, ſaxo quæ multa inſcripta futuris
Omina temporibus, decretáq; fata, notaram:
Hæc etiam conſpecta, oculis quæ triſtia ſiccis
Nemo leget, duro rigeant niſi pectora ſaxo.
Dira ſacerdotes ubi ſors & iniqua beatos,
Fecerit Agricolas:eadem cum rurſus agrorum
Cultores, dominis ſtatuat petulantibus omnem
Contemptus naſiq; leuis, riſusq; petulci
Materiem:uiridi quod ſaxum in ualle ſecundus
Rumor erat liquido ſacraſſe cacumina cœlo,
Incubuiſſe ſolo terramq; petiſſe uidebis,
Hoſtibus euerſum diræq; Tyrannidis armis.
Vidimus ô pueri,digeſtáq; carmina noſtris
Hauſimus hijs oculis ſignatáq; carmina ſaxo.
Et uidiſſe ſciunt paſtorum turba,frequensq;
Hortor:ut & ſpectent ſeri præſagia mundi
Prudentes,ueteriq; ferant hæc ſæcula dicto.
Deniq; peruigiles impulſa cacumina ſeruent
Caſuri lapidis:Neq; enim protracta ruinam
Diſtulerint : aſt hæc etiam ſunt tempora noſtros
Quæ permenſa dies fuſum tellure uidebunt:
Pronum etenim caput inclinat,lapſumq; minatur.
Hæc ſunt ô Lycida,quæ tum paſtoribus antro
Ipſe quidem noſtro cecinit præſagia Myrmix:

Mouit & hoc etiam, neq; enim celauero, pectus:
Vt quaſcunq; ſciam ſtudióq; animóq; ferendas
Eſſe uices facili ſuperandáq; dura ferendo.
Nam placeant cum ſæua dijs, quid ſparſa ueneno
Murmura profuerint? num cœlica iuſſa Tonantis
Infringet cinis & uinclo conſtringat inani?
Intereà ſed iter noſtrum confecimus: hîc tu
Ingreſſus uenerere Deos, ſupplexq; Tonantem
Mollibus armentis quæ prata ſalubria poſcas:
Liber adhuc noſtros inter fœlixq; colonos.
Nos uerò domini pulſabimus alta potentis
Atria, & excelſas nequicquàm uellimus aures.
Sic prædicta quidem miſeros oracula damnant
Agricolas: fatóq; domos populantur & arua.
Haud aliud Dominis ſiquidem nos ruſtica turba
Nunc ſumus, euerſo poſtquam gemit area ſaxo:
Quàm firmata dijs, ſtolidi ludibria uulgi.
Vtq; ferire ſolent timidas concuſſa uolucres
Retia, & incautis gelidam ſubuoluere mortem:
Sic nos oppreßi fatis, dura omnia mæſti
Cogimur, inductis perferre laboribus æuo.
Ly. Pyrame tranquillo uitæ decreta feramus
Pectore ſupplicia, & ſupero cedamus olympo.
Forſitan & tempus ueniet, quo ſæua Tyrannis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ipſa ſuas populetur opes, animiq; cruenti
Flagitioſa luet concuſſo iurgia mundo.

ECLOGA SEXTA, DAPHNIS,

VIRTVTVM AC PIETATIS IMPERIIQVE FOELICIS CHRISTIANI III. ſanctiſſimi Danorum Regis, teſtimonium continens.

MOPSVS, CORYDON.

PAſtorum luctus, Corydonis & anxia Mopſi
Carmina, plorantes quos eſt complexa beato
Delia proſpectu, gemitusq; ferebat ad aures
Alta meas, ſero cum lumine Cynthius orbem
Falleret, & magno radios ſubduceret igni.
Paſtorum gemitus, acriq; expreſſa dolore
Fuſaq; ſubtriſti referamus carmina uultu.

Phœbe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Phœbe pater: gelidi quõdã qui in mõtibus Hæmi
Paſtor agens pecudes, telluris obire malignos
Conſueſti tumulos, interq́; ſalicta rubosq́;,
Florentes querulo meditari pectore verſus,
Adſis, & mœſti tenues rege Vatis habenas:
Plectraq́; lugubri iam pridem territa fato,
In numeros rurſus ſolitasq́; reduxeris auras,
Conſuetumq́; animis trepidantibus adde uigorem.
Preſſa rigent mihi Gorgoneo ſtupefacta cruore
Pectora, & oſtenſæ trepidant fera tela Meduſæ.
Has equidem nebulas iniectaq́; frigora menti
Soluis, & Aonio diſcuſſa calore ſerenas.
Haud omnes, quæ læta iuuant: fortaſſe mereri
Hæc etiam poſſunt aliquam data triſtia laudem.
Euerſas referunt fraterno uulnere Thæbas,
Et Troiam cecidiſſe manu, gladioq́; cruento:
Haud tamen è medio populi ſermone remota eſt
Thæbais, & ſacram Vates Aeneida uoluunt.
Quarè nulla magis, noſtris certata legantur
Scripta deis: ſacrum quàm quæ ſibi pagina nomen
Daphnidis inſcripſit, dubio quem iure ſolutum
Iuppiter aſtrifero, rectis pater, intulit orbi.
Ergo ubi crudeli paſtores funere Daphnim
Extinctum ſenſere, equidem licet omnia nocte

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Merſa forent, ſuperóq; exceſſerat altus olympo
Delphicus, & uacuo regnaret Cynthia mundo:
Conuenere tamen, medioq́; alterna uolutant
Carmina ſingultu, ſubterq́; uirentia muſco
Robora conſidunt: foribus quæ iuncta ſiniſtris
Luce ſolent denſas protendere frondibus umbras.
Stabat & aduerſo tiliæ contermina laurus
Ceſpite: quæ ramis complexa uirentibus auras
Incubuit tecto: iuxtaq́; recincta cupreſſus
Ferales miſero circumdedit omine poſtes.
Iamq; aliquam cœli facies, haud neſcia, partē
Flexerat, et rutilos Eoo aduexerat ignes,
Claraq́; per ſegnes radiabant ſidera terras:
Cum ſimul exortus, gladioq́; accinctus Orion
Et ferus aſpectu: tum humero truculentus utroq́;
Conſtitit Oceanum contra, pedibusq́; iacentem
Proculcans leporem, uibrato protinus enſe
Fulminat, & lato ueſtigia ſpargit in orbe.
Hîc Corydon: neq; enim ſuperi uaſtiſſima cœli
Regna ignorabat, conſtrataué nubibus aſtra,
Suſpiciens: Quid Mopſe ſolo miremur & orbe
Bella geri noſtro, ſubitisq́; tumultibus acta
Plurima conficier ſcelerati culmina mundi?
Cum cœlo pugnæ ſpectentur, & arma ſereno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Vibratas agitare faces:gladijsq; fatigent
Æthera, quæ uario conſurgunt corpora motu.
Aut hic flagitij quantum nymboſus Orion
Deſignat malus,oppreſſo dum uiribus altis
Turpiter inſultat lepori:pedibusq; minores
Calcat,& audaci dilatat crimina facto?
At ſi pædophagum (et Saturnum monſtrat olympi
Conſediſſe iugis:celſo qua uertice Taurus
Pleiadas geſtat,Phryxeaq́; uellera lambit)
Infectosq; odio uultus,crinesq; timendos
Stringeret,& nocuos inhiberet amicior ignes:
Tum mihi uel fortis uenator & aureus eſſet,
Vel dignus cœlo princeps:qui lata teneret
Iunctaq́; regna dijs : huic quòd ſua cura proteruos
Euertiſſe foret,magnosq́; domare Tyrannos.
Nunc minimas terrere feras,haud ampla putetur
Gloria,nec claris ea laudibus acta redundant.
Sunt ibi Serpentes:ſunt Phorſidos ora Meduſæ,
Sunt clypei, Alcidæq́; manus, ſeptemq; triones,
Vicinæq; polo iunctisq; draconibus Vrſæ:
Has peteret. Sed nec facile eſt obſiſtere ſæuis
Hoſtibus,& prompta ſuperantur clade minores.
Mo. Deſine cœleſtes rigidis inceſſere dictis
Aethereumq; ſui genus inſimulare furoris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Omnia ſidereo pacatis legibus orbi
Aſtra meant: uetuere dij ſuboririer iſtis
Iurgia dira locis, pugnamúe laceſſere facto.
Hæc tibi noſtra feret tellus exempla: cruento
Mortales inter diduci uulnere ſortem,
Fataq; non grato miſeris certamine uolui.
» Inualidis ſtatuunt ſceleratas fortia leges,
» Chaoniasq; premunt Aquilæ decreta columbas.
At ſecurus agit nulla formidine Pardus,
Arbitrióq; citi confirmant iura Leones.
Nec tamen inficias ueniam, ſi lumina, falcem
Pædophagi diram, ſiue hic uiolentus Orion,
Siue alius cœlo quicunq; potentior omnes
Terret, & in noſtrum iaculatur fulmina mundũ:
Teláq; funeſtis intincta doloribus alto
Vertiſſet compreñſa polo, manicisq; teneret:
Forſitan ah Daphni, ah non intercepta fuiſſent
Hæc tibi ſecla bono: nec acerba morte iaceres
Victus, & ingenti multares clade colonos.
Confecto ſed enim nunc caſſum lumine plorant
Aones: & querulo teſtantur ſidera luctu.
Co. Orpheus ut cythara, & fidibus traxiſſe ſonoris
Dicitur Hæmonias nodoſaq; robora quercus,
Et rigidas mouiſſe feras cantúq; lyráq;:

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Sic meus ingrato ſublatus funere Daphnis
Cuncta trahit: ſeu quis metuendo Gorgona uultu
Aequet, & effreni ſtygias tonet ore ſorores:
Seu medias inter ſyluas, nemorumq; receſſus
Degat, & ambito laſſet ſua corpora luco.
Deniq; nec genus humanum, nec bruta feræq;
Aut rapto Tygris longè ſæuißima partu,
Lugubres tenuere modos: ſed merſa dolore
Protinus ingenti, ſtupefactáq; pectora uerſant.
» Daphnis enim noſtras, ſupera dũ ueſcitur aura
» Curauit pecudes, & rura benignus amauit:
Nunc ergo extinctum non tantum nobile quercus
Robur, & elata frondens propagine Vitis
Populumué nemus, folijsué fluentibus orni,
Caſtaneæ molles, ſignatáq; funere Laurus
Deflet, & ingentes attollit in æthera luctus:
Verum etiam ferulæ lenes, humilesq; myricæ,
Phyllis, & exacta ſurgens Paliurus acantho,
Ac rubus, arboreamq; inter denſißima prolem
Rhamnus, & Auſonijs agitata paludibus Agnos,
Luctiferos produnt ſonitus, auraſq; dolore
Multiplici feriunt, aduerſáq; tempora damnant.
Deniq; quàm metuo ne ſolis ſtirpibus iſtud
Venerit exitium: fortaßè ea uulnera fruges

Vnà

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Vnà etiam tangent,ſegetumq́; in fata minentur.
Mo. Incenſæ quantus prorupit ad æthera Troiæ
Clamor: ut euerſo trepidarunt culmina regno,
Inq; domos domus acta cadit,tectoq; relapſo
Inſtabant ſimilem properantia tecta ruinam:
Tantus & extincto ſuperum percellit Olympum
Daphnide ploratus,lachrymasq́; in ſidera iactat.
»Daphnis amor populi,et noſtri decus omne laboris
Parcarum ſæua traiectus arundine,mæſto
Funere ſupremos orbi concluſit honores.
Eheu crudeles nulloq; piamine fractas
Immitesq́; deas,calatho quæ fila coloq́;
Tenditis,& cæco producta exſcinditis enſe:
Riténe Parcarum nomen geßiſſe malignas
Crediderim:nulli cum parcere dextera norit
Veſtra,nec audaces quiſquam deluſerit ignes?
Omnia propulſo rapitis ceu turbine:molli
Indulgere ioco uolupe eſt, dum tincta ueneno
Conijcitis triſti miſeris uenabula iactu:
Idq; occultò etiam,ne ſcilicet ante,futuras
Proſpiciat clades hominum genus, actaq; cauto
Deludat gyro coniectaq́; tela retardet.
Vtq; luant meritas alij, quas crimine diras
Aſſolet ingenti uulgus ſibi condere pœnas

Contem=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Contemptuq́; Deûm: cœlo dum prona repugnat
Et ſua ſidereum contra ferat arma Tonantem:
Quid meus hic tandẽ poterat cõmittere Daphnis?
Comprenſum inſidijs, ut acerbo uulnere Clotho
Conficeret, medioq́; ſecaret ſtamina curſu,
Et ſua funeſto contenderet ore uenena?
Cum patria pietate Deos, cœlumq́;, Iouemq;
Iuſticiamq; Deam coleret, Virtutis alumnus,
Et cinctam gemino retineret limine Pacem.
Heu nimis imperio duras, herebiq; parentis
Inuiſam ſobolem, ac noctis ſcelerata proteruæ
Pignora: quis tanto Cocyti è faucibus actas
Armauit iaculo cæcaq́; Tyrannide fudit?
Si nequit expleri ſupero ſine ſanguine, Ditis
Regia depreßi: Triſtes rapuiſſe licebit
Humani generis laruas, Aſinosq́; luposq́;
Immundosq́; ſues, metuendos ungue Leones,
Indomitosq́; boues, & agentes bella Caballos,
Monſtraq; plura ſolo circũm gradientia noſtro:
Sublimesq́; aquilas etiam, plumasq́; ſuperbi
Vulturis, Accipitresq́; feros, miluumq́; rapacem,
Et curuos auido flagrantes pectore Gryphas,
Gryphas hyperboreo ſtudium quibus acrius orbe
Inſidijs aurum & congeſta laboribus æra

Eruere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Eruere,& uitam raptu ſacrare metallis.
Aut diis inuiſos & humo populiſq; Tyrannos
Funere ſubmotos triſti tranſmitteret undis,
Qua lacera multo iam pondere corpora cymba
Prouehit,& longis importat nauita ripis:
Excipit aduectos ultróq; in regna remittit
Cerberus,& nullis tenebras latratibus urget.
Deniq; tuta foret probitas, Stygiamq; paludem
Sperneret,& nullo pietas ſuperata furore
Vel medium infernis ac morti porrigat unguem.
Tum ſtragem ſæui faceret uiolentia Ditis
Spectandoſq; daret cumulos, ubi mixta iacerent
Corpora fuſa ſolo, facibuſq; extincta ſiniſtris
Plurima turba feras inter uolucreſq; luposq;
Atq; canes,interq; boues interq; Leones.
Interea tutis habitaret in ædibus alta
Virtus,& nullo pietas premeretur ab hoſte.
Nunc contrà cum res fieri manifeſta, dieſq;
Infœlix probet,& nullo diſcrimine ſterni
Iniuſtos iuſtoſq; uiros,tetroſq; bonoſq;:
Accuſant meritò parcarum iura coloni,
Triſtiáq; in ſuperos effundunt pectora Diuos.
Quamq̃ nec ſolis luctus paſtoribus iſte
Corda ferit,Cygnos etiam miteſq; palumbos

Hauſit,& oppletis auiaria fletibus urget.
Scis Corydon, ſtrepitu quanto Philomela ſolebat
Hos inter ramos,atq; hæc uiridaria circum,
Fallere luctantes atra caligine noctes:
Scis merulam ſturniq́; genus lætasq́; cicadas
Exiguasq́; alias pulcherrima dona, uolucres,
Alternare ſonos:atq; arbuta noſtra recenti
Intertexta rubo concluſaq́; ſepe, uolatu
Multiplici tranſire,uagoq́; ſalire recurſu,
Hæc tamen aut fugiſſe loca,aut compreſſa dolore
Sub pennis luctum teſtantibus abdere roſtra.
Hybernas ſedenim ne tu mihi protinus auras
Obieciſſe uelis,atq; anni tempus,& ipſas
Naturæ leges infuſaq́; ſemina rebus :
Eſt etiam paſtor,non explorata latentis
Semita naturæ quædam, quam nulla ſagaci
Ingenio uis noſſe queat:licet omnibus inſtet
Articulis hæc cura,animumqué extendat & artes.
Quis Marium & duros fato confligere Cimbros
Aut neget,& temerè tantas concurrere gentes:
Aut fatis alitibus uenturæ conſcia cædis
Pectora uulturibus præſagaq́; lumina,dictis
Explicet? Auſonidū namq; agmina cauta uolucres
Præceſſiſſe ferūt,auidoq; cadauera morſu
Signatis

Signatis petiſſe locis,prædamq; morari.
Deniq; quo patrios perculſa Ciconia nidos
Extulit ingenio:cum Aquileia pulcra Tyrannis
Diripienda foret:caderentq; ſub hoſtibus arces
Romulææ, & diros Latium ſentiſceret ignes?
Sunt igitur conſerta Deo ſecreta feracis
Quædam naturæ, nullis quæ induſtria ſignis
Indagare potis:ſupero ſed cognita mundo
Expediunt tacitis proprios uirtutibus actus.
Attamen haud alio rerum magis ordine poſſunt
Hæc deprenſa dari,neq; condita clarius extant:
Quàm uolucrum ſtudijs,& amæna lege canendi.
Hinc etiam paſtor fortaſſè ſilentia noſtræ
Et luctus teſtantur aues,ſubterq; recurues
Arboris effuſæ ramos, ſæpeſq; quieſcunt,
Ac unà noſtri caſum indignantur amici.
Sed quid ego hæc paruis accepta uolucribus addam
Vulnera,& inuiſum pergam renouare dolorem:
An gemere aërea deinceps ceſſabit ab ulmo
Turtur,& extincto longum fleuiſſe marito?
Haud facilè eſt dubios medio concludere luctu
Euentus fortaſſè aliquis læto omnia fine
Vertet acerba Deus,ueteriq; in ſede locabit.
At Iouis æternum genus & ſuper omnia dulces
Muſæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Muſæ, quæ ſacrum pandunt Helicona Camœnæ
Fons ubi Pierio circum fluit arua liquore,
Bellerophontei uirtus pedis Hippocrene,
Fuſius & gemitu luctus teſtantur, & æquo
Sidera ploratu, terrasq; ſalumq; fatigant:
Et ſubmota ſuis etiam loca queſtubus implent.
Vulnere nã languent tanto, ſteriliq; gementem
Suſpendunt Cytharam pulſataq; Barbita, ſorbo.
Aonidas ſiquidem Daphnis coluiſſe ſorores
Fertur, & hoc nulli ſtudio uixiſſe ſecundus.
Qui quæ uel Latij populis, uel more uetuſto
Argolicis deſcripta forent præloq; dicata
Legerat, aut ſaltem digeſta locarat in arce
Illuſtri: ſeros ubi fas eſt ſceptra Nepotes
Ferre manu, & ſacris ſolatia uatibus eſſe.
Sed neq; ſola gemit iam caſſum luce Thalia:
Aequora fleuerunt etiam mihi Balthica Daphnim
Et retrò ueteres retulerunt flumina curſus,
Gudius, & fundo ſubflauis Lymicus undis:
Quin Lyrim ſenſiſſe ferunt Rhodanumq; dolores
Danubiosqué deos, mixtumq; coloribus Albim
Ac Rhenũ, celebremq; Tagum Viadrumq; ruentẽ.
Hos etenim fluuios & littora iuncta colebat
Integer, ac ſancto retinebat fœdere gentes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Hunc ergò extinctum meritò ploremus, & altos
Teſtemur lacrymis facientia uulnera luctus.
Mo. Tale tuum carmen nobis ô Mopſe: ſalutis
Quale inopi uotis ac ſpe comitante potiri.
Impulſus equidem fortunæ ac iura nouercæ
Senſimus ô paſtor: Sed enim quia triſtia nemo
„ Vincula fatorum completaué fila retardat,
„ Fortiter aſſueſcas ſubitos contemnere caſus
„ Et tua dura pati: quorum cum maxima Diuis
Cura, queunt noſtra nunq̃ ſuperarier arte.
Et quia iam licĩi fatalis tela peregit
Daphnis, anhelanti reſolutus corpora ſomno,
Cedamus ſuperis: & turbæ iuncta uoluntas
Noſtra ſit ætheræ: ne quid petulantibus auræ
Haud ſegnes rapiant, mœſto quod gutture ſparſum
Oppugnet cœlos, ac bella minetur olympo.
Quin meritis potius cumulemus funera uotis,
Sublatumq́; ſolo Daphnim referamus in aſtra
Sublimesq́; domos, nitidiq́; palatia cœli:
Celſus ubi magno ſacratus corda Tonanti,
Sub pedibus terras transmiſſaq́; regna Nepoti
Cernet, & exemptas è carcere liberet urbes.
Ergo mihi quacunq́; uagas perlabitur undas
Oceani Nereus, luctantia flamina uentis

Siſtat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Siſtat & æquato conſtrauerit æquora ponto:
Monſtraq; terruerit latos urgentia fluctus,
Delphinoſq; uagos, turpesq; ſub inguine Phocas
Et Fibros dulces, & amantes flumina Lutras
Cetorumq; genus, refluoq; natantia Nilo
Corpora, et Hippotamũ, ſpirisq; tremẽtibus anguẽ:
Omnibus è celſo taciturna ſilentia curru
Imperet, & lituo circum domet æquora Triton:
Conſciſcatq; Deos effuſaq; numina ripis,
Fluctigenũq; manus, & amantes littora Nymphas:
Protinus ut ſocio Neptuni ad limina Regis
Agmine concurrant, tacitisq; ita poſtibus adſtent
Arrecti, facilesq; dij, pulcerrima turba.

Inde aliquis ſimili terram mihi fronte ſerenet
Iuppiter, & blando permulceat omnia uultu:
Excuſſasque polo nebulas fuget: eximat umbris
Corpora, & undantes diſpellat ab æthere nymbos:
Irradietq; orbi nitidis fax aurea ſtellis,
Aſtraq; nec fuſca cœlum caligine mergat.
Non mihi ſaltantes tenui quod luce capellas
Obijciat numen, cœloue tonitrua ſpargat:
Nec tedis uacuum rutilantibus aëra turbet,
Fulminibusue trahat metuendos frugibus ignes,
Et prodat ſubito dirum ſplendore Comæten:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Sed ſua pacato gradiantur ſidera motu,
Atq; ſerenatis colluſtrent uultibus orbem.
Poſtremò iunctis ſtupefactà cubilibus alto
Syluarum tractu, patrijs uelut abdita tectis
Procumbant, ſolitosq; premant animalia greſſus:
Haud lupus inſidijs, nec ui Leo pugnet in Vros
Incautasuê feras lacerent, leporesq; capellasquè,
Aut timidos Damas, aut molles carnibus agnos.
Omnia propoſito compeſcant prælia iuſſu
Syluanusq; ſenex, atq; his iam cognitus oris
Pan Deus, & fauni celeres, atq; hiſpida thyrſo
Pectora ſuccinctus molliq; ornatus acantho
Fronte tenus, medijs Satyrus qui in ſaltibus errat
Varius, & haud feſſo metitur paſcua curſu.
Hæcq; eadem genus alituum pictasq; uolucres
Cura premat, teneatq; alto reuerentia nido:
Deniq; tranquillo conſiſtant omnia uultu
Corpora: ſiue globo circum uoluantur agreſti,
Seu liquidi tranare ſolent uaſtiſſima ponti
Flumina, ſeu uentis impulſa fugacibus errant.
Omnia concepto ſubſtricta pauore ſileſcant
Et uelut impoſitis ſubmittant legibus iras.
At dulces Muſæ cythara fidibusq; canoris
Altius ingemiment, interq; ſilentia ſolæ

Voce

Voce ſacra noſtrum referant ad ſidera Carmen.
Quamuis magnus enim contundat pectora luctus,
Et diuas turbent hæc triſtia noſtra Camœnas:
Indulgere tamen fas eſt Helicona colenti,
Paulatimq; nouos ſtudio ſuccreſcere uerſus.
Paſtores etenim Daphnimq; canamus, & illum
Si qua uia eſt meritis ſupero ſtatuamus olympo.
Et nunc Mopſe prior, ſiquidem libet, incipe: nec te
Aut gemitus magni, aut ſperata pericula tardent.
Mo. Cana fides, Veſtæq; foci, Pietaſq; Deorum,
Præcipua ô Corydō, decorarūt numina Daphnim.
Ergo ubi nunc alti reſident ſuper ignea cœli
Mœnia, ſublimes diui, non irrita dictis
Turba, ſed æternæ radio pulcerrima lucis:
Fas equidem ſacris poſuiſſe cubilia tectis,
Longa quibus iuſti paſtores ſecula uoluant.
Curua miniſterio facili Thaumantia proles
Si poterat regnum & cœli loca uaſta mereri:
Si diuis, blandus ueheret quòd Ariona Delphin
Succeſſit: niteatq; polo, quòd littore Phryxum
Acceptum tuto ſocia pereunte locarit
Cornibus excelſis Aries, qua grandia Taurus
Lumina, uicinis Hyadum regionibus implet:
An Daphnim nullis dignentur honoribus, æqua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Qui meritis diui referunt ſua præmia lance?
Imo age, iam ſuperos inter conſedit, & orbem
Hunc ſpectat noſtrum ſubiectaqúe regna tuetur.
Co. Quod pretium Gemmis, & amomo florea uirtus
Sidera quod cœlo, refluiq; quod æquoris undæ
Piſcis, & inſigni uiridiſſima gramina campo:
Gentibus hoc uixit noſtris, qui Daphnis olympo
Nūc colitur, magnosqué inter tenet æthera Diuos.
Inuida fatorum ſeries, parcisq; moleſta
Crudelisq; manus uallataq; dextera morte,
Delicias hominum lugubri, funere Daphnim
Eripuit populis terrisq;, & cladibus auxit
Syluestres cytiſos, habitatáq; rura colonis.
Aſt quid ſæua odijs tandem promouit & ira
Atropos, aut diræ Lacheſis coniuncta ſorori?
An ſimul humanis exemptum legibus, orco
Præcipitare potis, ſacróq; immittere diras
Vltrices animo uitamqúe reſoluere Diti?
Haud fas eſſe ſinit magni Deus ætheris: etſi
Elyſios miretur agros, manesqué beatos
Græcia, et huc celebres canat irrupiſſe Monarchas:
Sed cœlos habitare dedit, claróq; morari
Sidere: qua ſpacio uenturis Lactea Diuis
Semita conceſſit, niueas ubi candidus alas

Pandit

Pădit olor, Cepheóq; caput premit actus ab auſtro
Circulus, in geminas qui diuidit æthera partes
Et mediam ſummo diſpeſcit Apolline lucem,
Cùm uidet Eois mox tollere fluctibus ora
Sidereos Cancros, ubi finitoris in undas
Emergunt, contraq; freto cubuiſſe Booten:
Numinis iſte noui locus eſt, ea regia Daphnim
Suſcipit: hoc noſtras ſolio proſpectat in urbes.
Salue uera Deûm ſoboles, uitæq; corona
Cœlicolum: tua qua tibi cunque ſedilia uirtus
Ponet, & æterno comitem dabit eſſe Tonanti.
Labere nonnunq̃ pennis, atq; æthera tractu
Scinde nouo, & patrium tua dextera ſoſpitet orbẽ:
Mæſtaq; concipias paſtorum uota preceſqué,
Et tua non tardo poſcantur numina fructu.
Mortali poteras deuinctus carcere, curas
Tollere mortales, & uerba precantia molli
Excipere ingenio duroſq; leuare labores:
Nunc igitur fatis liber iunctuſq; Tonanti,
Nec potis humanos iterum ſentire dolores,
Quid facies? equidem toto prius æquore mundum
Obruat, & ueteri mergat Deus omnia uultu,
Quàm tete nobis non credam uatibus eſſe
Seu numen: propria ſeu te uirtute beatum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Venturos Muſis Phœboq; ſacrare Nepotes.
Deniq; non alio te uirtus ſine locauit
Vicinum Cygno, ſtelliſq; micantibus auxit:
Quam priſca ut ferres dignam pietate Coronam
Illuſtriq; loco ſtares: qui plectra Mineruæ
Complexus, Phœbo Cygniſq; canentibus aures
Præbueris faciles, & opus mercede probaris.
Plaudite Diuæ igitur, cœlo quibus alta poteſtas
Condere ſidereo carpentem premia Daphnim,
Veſter enim miles, dum uiueret ille, decuſq;
Dulce fuit: ueſtris letalia uulnera caſtris
Hæc habet, & ueſtro luctas mucrone peregit.
Hoc igitur rurſus uos Iuppiter æquus honore
Donat, ut extinctum referatis in æthera Daphnim:
Sed retuliſſe reor, ueſtriſq; amplexibus altum
Cernere fœlices immenſa per æthera diuos.
Ergo prior miſeri penè unica gloria mundi,
Præſidiumq; uiris & diis accepta ſecundis
IVSTICIA, adſiſtas ſpectāti plurima Daphnidi,
Atq; immortali ſignatam luce Coronam
Diuino capiti perq; ignea tempora condas:
Bellorum memor ac cædis, qua dura furenti
Spicula præripuit ſolerſq; ac ſtrenuus hoſti,
Qui tua conatus uaſtata Tyrannide regna

Præcipitiq; impulſa iugo conuellere, longas
Agminis Auſonij turmas ſpirarat ab orco.
Has equidem Daphnis fretus pietate Deoq;,
Expulit à laribus patrijs: & ouilia tuto
Confirmata loco, tranquilla in pace locauit.
Halcyones quo more, ſalum dum nulla fatigat
Tempeſtas, hyemis medio ſuſpendere nidos
Et ſcopulos inter, partum celerare feruntur.
Daphnidis hæc igitur ſtudio ſunt ocia nobis
Halcyonumq; dies: uiuitq; hæc littora circum
Iuſticia, ac largos tranſmittit in æthera fructus.
Cincta Deo, ſuperumq; choris, & iuncta Tonanti.
Proxima conſtanti iam fronte Modeſtia, lato
Tecta pedes clauo, digitosq; uerenda quietos,
Officijs conferto manus: accingere ſacro
Sacra miniſterio, ac epulis data fercla ſecundis
Ambroſiosq; cibos, ſemperq; uirentia cœli
Munera, diuino ponas redolentia diſco.
Vt ſuperabat enim frugali pectore luxum
Scis Dea, ſcis ſanctè menſisq; & uiribus uſum.
Tum PAX alma loco prōptæ ſuccedat alumnæ
Nectaraq; infundat cyathis, & eburnea libet
Pocula, & æterno carcheſia flore coronet.
Nam cum pace quidem nil dulcius eſſe uideret,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Hanc animo coluit prompto, uinclisqué tenebat
Fortibus aſtrictam, ualidisqué premebat habenis
Sobrius, & nulli temerè grauis: æquus in omnes
Arbiter euentus, ſemperqué futura priori
Sedulitate, uelut digito monſtrante ſecabat.
Poſtremò famulari etiam ſacra pignora Regis
Aetherei decet, ac facili modulamine Muſas,
Exhilarare Deos menſisqué aſtare ſecundis:
Tum Cytharam ſumpſiſſe manu, cantusqué mouere
Sidereos inter ciues, diuos qué beatos.
Principio ut nullis perfectum nexibus orbem
Condiderit Pater Altitonans, cœlosquè locarit
Aſtriferosqué globos, liquidiqué uolumina regni
Ambitasqué ſalo terras, uolucresqué ferasqué
Ac hominum genus, & uaſto ſalientia ponto
Corpora: tum leuibus circumuolitantia uentis,
Surgentesq; ſolo diuerſo cortice ſtirpes,
Seminaque arboribus non deficientia noſtris:
Mox Solis Lunæqué uias, tardosqué planetas
Atque laboriferos expanſa per æthera currus:
Hinc populos, curasqué Deûm, iurisqué Triũphos
Et magnas patrijs florentes legibus urbes:
Poſtremo Ingenij cultus artesqué beatas
Connubijqué ſacri pretium, ſemperqué manentis

Circuitus animi,& regni cœleſtis honores:
Muſa canet, reſerat ſonitus conuexa Tonantis
Regia,& impreſſo geminabunt corpora motu:
Audiet,& læto ſeſe feret omine Daphnis.
Dijq; Deæq; omnes, noſtros quicunq; labores
Fortunare ſolent, & condita rura tueri:
Vota miniſterio celeratáq; pectora fundant
Aßiſtantqué Ioui: magno qui magnus honore
Et cumulat noſtrũ, et releuat formidine Daphnim.
Interea dum longa dies uentura Nepoti,
Differat æthereo productum corpus olympo
Siſtere,& é gelida motum tellure beatis
Iungere ſpiritibus:diuos ubi clara penates
Regia ſidereo retinet ſuſpenſa pyropo,
Atq; dicata fouet cœleſti membra Tonanti,
Daphnidis extincti floreſcat nomen: & inter
Marcellos,Deciosqué graues,geminosqúe bonosq;
Scipiadas,claro meritas trahet ordine laudes:
Primus Ariſtidi,& diuo comes ibit Arato,
Phocioni,Paulis,& fortibus arma Metellis
Publicolisqúe: uiris quorum celeberrima longos
Ipſa ſibi ſtatuiſſe dies clarosqúe triumphos
Vt poterat Virtus: ita nunc diffuſa minores
Suſcitat, & ſobolem ſtimulis ferientibus urget.

Deniq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Deniq; nec ſeros moueat magis ulla Nepotes
Gloria: ſidereo quàm ſplendens nomen in orbe
Daphnidis, & priſcos notum pietate per annos.
Vtq; ſolent faciem ſpeculis ac ora tueri,
Compoſitò quicunq́; comas ac tempora mulcent:
Sic gens, indigetes inter uentura morantem
Suſpiciat diuos adamataq́; numina, Daphnim.
Quoq; hic more bonos coluit, quo iure Camœnas,
Quo rectum ſtudio ſupremis proximus annis
Librauit prudens, rerumq́; aſpexit in uſus:
Deniq; qua pietate Deos complexus, olympum
Intulit ingenio, ac ſpe ſidera celſa tenebat,
Quoq; animo miſera confectos ſorte beauit,
Omnia contendant imitari facta Nepotes
Et ſtudio quæ recta, petant: quæ pulcra, ſequantur:
Rura colant: coluit prior ardua prædia Daphnis
Longaq́; defenſis paſtoribus ocia præſtent.
Mo. Fœlices tali Corydon te uate colonos:
Omnia diuino cui fas comprendere uerſu,
Et canere extremo ſuperanda pericula mundo.
Tu cœlos Soliſq; uias, Lunæq; labores
Pleijadaſq; Hijadaſq; leues, uarioſq́; planetas
Succinctamq; refers geminam ſerpentibus Arcton:
Tu terræ tractus, & agentes nubila uentos,

Oceaniq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Oceaniq; canis ſpumantes littore fluctus.
Deniq; qui Reges etiam claroſq; Monarchas
Et ſolitus gladio ſæuos memorare Tyrannos,
Paſtorum luſus certataq; dicta benigno
Peruolitas plectro,confectaq; iurgia narras.
Vſq; adeò tibi fœcundis compacta redundat
Fiſtula carminibus, uarioſq; ſubire labores
Docta,nec ingenti laſſatur pondere;nec ſe
Subducit minimis,& agros faſtidit amænos.
Aut hic quali etiam ſubuectus in æthera cantu
Daphnis olympiacos, cœleſtia tecta,penates
Scandit,& æterno rutilans caput intulit orbi:
Conſeditq; domos inter, qua plurimus altis
Eſt meritis honor,ac ſanctæ reuerentia uitæ?
Quid?quod & exceptum,fama comitante,canendo
Supremos clauſiſſe dies,& proxima fatis
Tempora plaudenti ſimilem cœlumq; petenti,
Commiſiſſe Deo:nec uerſus inter & atræ
Diſruptos numeros reſolutaq; uincula morti,
Plus ueniſſe moræ, quàm ſi noua Clepſydra ſeptem
Stillarit tenui pertuſa foramine guttas.
Eia age,fœlicem tali ſub funere Vitam,
Optandamq; bonis nulla formidine Mortem.
Hîc nihil horribili percellit imagine:nullo

Pingit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Pingit acerba metu: ſecli uelut acta prioris
Damnaret, uitæ properantis ad ultima geſtu.
Aſt qui, qua uitam Daphnis pietate peregit,
Tempora propoſitis diuorum legibus auget,
Haud aliter, q̃ Daphnis humũ moriturus & orbẽ
Incertosq́ue dies & agentes fraude, relinquit.

Co. Rectè equidem ô paſtor, ſocij meminiſſe uideris
Illius, hæc quondam iunctus qui rura colebat
Fœlix, & molli nobiſcum uixit in aruo:
Id Myrmix ſiquidem memorare ſolebat, & uſu
Compertum ueteri dixit: quibus acta fuiſſet
Moribus, hijs etiam concludier ultima uitæ
Tempora, nec finem diuerſo ſtamine duci.
Et mihi Romuleos inter recitare Tyrannos
Nonnunquàm Marium ſolitus: qui qualiter annos
Egerat, & uario turbarat crimine mentem:
Sic quoque liuenti ſua ſecula mancipat orco,
Et miſerum frendens, uiuendi iura reſoluit.
At placida noſter ſopitus fata quiete
Daphnis obit, nulliqúe grauis, nulliqúe timendus:
Cœlica ſed Diuum uelut ad conſortia ceßit,
Et dedit exactæ documenta ſalubria uitæ.

Mo. Ergo nec ille tuo fraudatus acumine uiuit
Sidereos inter diuos, regnumqúe ſub imis

Con-

Conſpiciens pedibus, terrasqué tuetur & alti
Iura freti, media nebulas in luce ſerenat
Aequoreosqué graui compeſcit numine fluctus.
Nec maius ſanè quicquàm ſuperiué diesúe
Ingenijs poterant Vatum ſubmittere, nec quo
Promptius illuſtri decurrat Pegaſus aruo.
  Dũ Lybicas maculis ſparſus terat anguis arenas
Taigetamqué canes, & equos Epidaurus amarit,
Dumqñe niues ferat altus Atlas: dum ſidera cœlũ
Voluat, & ardenti conſiſtat Phœbus in orbe:
Semper honos, nomenqué tuum, florensq; manebit
Gloria, & argutos inter diſparſa Poëtas,
Aeternos merita ducat face Daphni Triumphos.
  Sed ſublapſa ruunt properatam ſidera noctem,
Et ſumma rutilos attollit imagine uultus
Sirius, ac medio radios diſpeſcit olympo,
Incumbitq; ſolo decliui corpore Cetus,
Atq; Aries pronas iam tinxit in æquore partes,
Cedamus nocti Corydon, tectumq; petamus.
Co. Longa dies miſeris, & egentibus omne moleſtum
Tempus: alunt triſtes ſuggrundia noſtra labores,
Poſtquàm humiles habitare caſas, & ferre luporũ
Cogimur inſidias tacitosqué horreſcere morſus.
Nocte cubant ſtabulis armenta, ubi pabula denſos

Implerant

Implerant lento diſtinctos uimine clatros:
Nocte meant ſtellæ, tacitis radiantia telis
Corpora, & ut ſurgũt ita motibus acta recũbunt
Rurſus, & Oceano ſplendentia lumina mergunt.
Nocte ſedent ſterili mites ſub ſepe uolucres
Et querulum mœſto compeſcunt gutture carmen.
Ergo fatigatas recreent tibi ſomnia uires,
Quosq; dies auxit, minuat nox æqua labores.
Luce boues ſequimur, tenebras ſuperamus ad ignes
Et tandem uilis mihi culcitra ſuſcipit artus
Laſſatos nimium, & canna proſternit inani.
Heu duram uitæ ſortem, curasq; moleſtas
Paſtorum turbis. Sedenim quia ſidera Daphnis
Aurea conſcendit, diuisq; ſimillimus alto
Inſedit ſolio, qua Regia lata Tonantem
Spectat, & illuſtris conuexos ſuſtinet orbes:
Sub pedibus terras, & agentes nubila uentos
Proſpicit, & forſan paſtorum inquirit in ignes:
Cui nos uota damus, ſeiunctos matribus agnos
Annua uota Deo, & fumantia ſoluimus exta,
Erectasq; ſuper pecudes cumulabimus aras.
  Interea molli ſignemus marmora uerſu
Et tumulo ſtatuiſſe notas iuuet: unde minores
Seclaq;, uenturas uix effugientia ſortes,

Præteriti

Præteriti diſcant confecta uolumina mundi.
» Daphnis in hoc poſuit ſua frigidus oſſa ſepulcro
» Et terreſtre premi uoluit ſub pondere corpus:
» Daphnis hiantæis amor & ſpes unica Muſis
» Formoſiq; gregis cuſtos, populiq; corona,
» Et tutela bonis, dum uiueret: altaq; cœlo
» Gloria, Diuinos ubi dexter adeptus honores
» Spiritus, æterno iam numine gaudet: & inter
» Fœlices tenet aſtra Deos, iunctusq; Tonanti
» Perfruitur ſuperis, & auitum ſoſpitat orbem.
Viue pater Patriæ, & ſolida uirtute beatus:
Tu decus omne tuis: ſeros imitanda Nepotes
Qui docuiſſe queas, & facta domeſtica noſtræ
Poſteritatis opus, longo cumulare Triumpho.

ECLOGA SEPTIMA,

FAVSTVS,

SIVE VOTVM IN FRI- DERICI II. POTENTISSIMI DA- norum Regis Imperium, cui 20. die Augu- ſti, Anno 1559. fœliciter in- augurabatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

PHOEDRVS, MELIBOEVS,

Pierides, Helicona ſacro quas numine montem
Incoluiſſe ferunt, Graiasq; habitare per urbes:
Cùm magnæ primùm florerent Palladis acri
Ingenio tempe, & rerum potirentur Athenæ:
Dicite, Valbyaco diductum ceſpite Carmen,
Effuſosq; Deo gemitus ac uota Tonanti;
Cùm mihi certantes inter reſidere colonos
Contigit,& Phœdro ſuffragia condere noſtro;
Dicite, nec gelidi ſonitus Aquilonis & imbres
(Horriſono quamuis inſurgant æquora fluctu
Nec ſubeant pontum geminati luce Triones.)
Exhorrere deæ,nec aquas metuiſſe uelitis.
Vos Siculos peragraſtis agros,& ditia campi
Rura Syracuſii: lentos ubi flexilis undis
Dicitur Alphæus ſubter mare uoluere fluctus,
Occultasq; agitare uias:poſtquàm Elidis amnem
Liquit,& ignotum tacitis petit æquor arenis
Subuectus cuneis clauſoq; meabilis alueô.
Vos triſtes Aetnæ iaculantis ad æthera flammas
Permixtosq; globos pariter uidiſtis & ignes:

Cum

Cum mentem furijs animumq; ſubactus, in altos
Inſilit Empedocles accenſi montis hyatus
Impiger, & uano mortalia fugijt auſu.
Vos duras Cereris lacrymas atq; anxia matris
Guttura, ploratus uarios audiſtis, & acres
Pectoris affecti gemitus: cum ſcilicet aruis
Quæreret hijs gnatam ſtudioq; erraret inani.
Hinc uos prouectæ Latias penetraſtis in urbes
Diuiſasq; freto terras, ubi dira Charybdis
Voluit aquas, canibusq; uterum ſuccincta marinis
Scylla rates triſti ſatagit ſubducere fluctu.
Quis caſiam uiolasq; leues altasq; cupreſſos
Explicet, & tenui comprendat carmine fructus
Multiplices, Latio quæ circum plurima campo
Munera legiſtis: rigidæ dum mænia Romæ
Vatibus haud timidos præberent libera uerſus,
Ociaq; alta darent: populisq; accepta uirerent
Ingenia, & ferrent Capitolia docta Poëtas?
Iſtinc ſuſpectus noſtrum retuliſtis in orbem
Arctoumq; ſolum pedibus tentaſtis: & altas
Haud dubitauit aquas Phæbus tranare, ſimulq;
Oceano dulces noſtro ſtatuiſſe Camœnas.
Circumfuſa lauent quanquam freta cærula terras

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Arctoæ gentis, refluaq́; tegatur in unda
Noſter & ambita ſubſidat campus arena:
Attamen & molles recreant hîc ſæpè Thaliam
Deliciæ, & placido uerſantur in æquore Muſæ.
Has intra ualles ac Balthica mænia multos
Conſeuit flores agitatus numine Phœbus
Aethereo, & uarijs depinxit honoribus arua.
comparatio. Sit licet Aſſyrio pinguisq́; ac diues amomo
Effundatq́; Oriens rutilantis plena metalli
Pondera, & Auſtrali creſcant ſua ſemina mundo:
Sit Latio Myrtus, ſint dulcia uina falernis,
Balſama proſecta Syrius ferat arbore campus:
Dum tamen & noſtris ſurgant in montibus orni,
Fraxineusq́; labos diuisq́; ſimillima quercus.
Et cytiſi lenes cingant humilesq́; myricæ
Has terras, populusq́; ſolo ſuccreſcere cernat
Florentes hederas & alentes robora Lauros:
Inter & audaces ferulas ſpinasq́; minantes,
Lilia purpureo frondere cacumine ſpectet,
Plenaq́; collectis exundent horrea ſpicis.
» Haud omnes parili natura ac ſorte beauit
Iuppiter: aduerſo nonnunquàm pignore certant
Oppoſitæ fluuijs terræ, ualloq́; diremptæ:

Dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Dum calor Auſtrinos, Boream dum frgidus urget
Spiritus, & Zephiris tepidam motantibus auram
Aurifer Heſperias leni Tagus ambit arenas
Flumine, nec triſti glacialem frigore pontum
Occupat, & longo confundit prædia morſu.
Sit Paros inſigni iam marmore nobilis: aſt hîc
Fæcundæ ſegetes, armentaq; pinguia læto
Proueniant numero: tutis hîc paſcitur aruis,
Nec Geticos horret ſtrepitus, nec barbara gentis
Maſſagetæ timet arma fretum: quo phæbus azylo
Promouet, interea noſtro dum lentior orbi
Confirmat uario turbatas omine Muſas.
Hîc montes, hîc plana ferunt: hîc molle ferarum
Innocuumq; genus ſtabulat: hic molliter undis
Subſaliunt tenero protenſi corpore piſces.
At Leo ſæuus abeſt, Tygriſq; immanis & Vrus,
Pardus abeſt, & Hyena truci quæ callida morſu,
Mendaci lacerat prolectos uoce colonos.
Ergò age cœleſtes inter cultiſsime diuos
Phæbe pater: cuius Mycone celſa Gyaroq; reuinxit
Ortygiam, manus: ac fluidos contemnere uentos
Iuſsit, & haud temerè ſortes aperire futuras:
Huc traducta ſinas tua numina: molliter auræ

Inſtrepitant, notioq́; fluunt è ca... ...
Cecropijsq; petunt noſtras è montibus urbes.
Omnia deducunt huc ſidera: concipe iuſſus
Alte meos, fatisq; tuos fer Apollo meatus.
Grynei poteras nemoris ſecurus in umbra
Et Graio latuiſſe ſolo Te ...dumúe tueri:
Cum fas ſacra foret tumulos habitare Pelasgos
Et Pandionijs ſubſiſtere nomen Athenis
Dulce tuum, ſoliq; daret tibi Græcia plauſum.
Nunc uerò doctæ poſtquàm aurea tecta Mineruæ
Barbaries, ſæuo nimium promota Tyranno
Occupet, & triſti fluat Attica tincta cruore:
Perrupiſſe potes quæcunque ibi mænia dirus
Hoſtis habet, ueteresq; domos gentemq; proteruam
Seminis inuiſi non fracto linquere pacto.
Nam tibi ſidereo cùm res Ioue credita, diuos
Muneris autores habeas ſanctiq; laboris:
Fluctibus exemptas tantis uincloq; Camœnas
Tranſtuleris noſtras ſtudio placatus in urbes.
  Haud igitur blandos uereare capeſcere iuſſus
Phœbe pater: Iouis illa quidem diuina uoluntas
Expletæq; uices rerum, fatiq; propinqui
Circuitus ducit, teq; huc rapit æmula uirtus.

Nec

Nec boream fugias gelidamuè Lycaonis arcton,
Perfuſasq; ſalo terras fluctusq; ſonantes:
Hoſtibus iſta quidem furiasq; metumq; proteruis
Incutiunt, terrentq; malos adiguntq; timore:
Mænia ſunt atq; ara bonis, tutelaq; ſacris
Hoſpitibus, quorum dubijs non moribus errat
Incomperta fides, neq; fraudem pectora uerſant.
Ergo age, qui ſolitus facili modulamine mentes
Sacraq; paſtorum complecti uota, benignas
Excitus Delo præſtare rogatibus aures:
Huc mihi pauliſper plectrumq; ſonosq; manūq;
Phœbe pater, Vati non irrita munera, flectas.
Te ſine nil altum mens hæc ſeræq; futurum
Concipit ætatis ſpacio: qui ſolus in omnes
Contuleris noſtros haud languida ſecula uerſus.
Temporis obuerſi numeros metiris, & illos
Arbitrio ſtatuis, nec inani lege gubernas.
Quapropter facili genium mihi pollice tangas
Accinctasq; manus operi pectusq; ſerenes:
Seu te fatidico compellam nomine Phœbum
Seu Iouis illud amas: ſeu magni Principis orbis
Luciferos quicunq; globos mundumq; creauit,
Extructasq; ſuo iam lumine proſpicit urbes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Et iam tempus erat, quo primùm maxima fato
Daphnidis extincti collectos Cimbria fletus,
Viſa eſt ſuppreſſo uultus ſquallore ſituq;,
Depoſuiſſe graues : exemptaq; queſtibus ora
Soluere, & exterſo moderari pectora luctu :
Valbyaco cum Phædrus oues in monte caprosq;
Paſceret, & laté circumſpectaret in arua :
Scandentem uidit Meliboeum culmina montis
Et celeres captare gradus, curſuq; moueri :
Qui contrà Phædrum ueniens ut cernit & agnos,
Sic prior ingreſſus, uociq; ſilentia rumpit.

Me. Phædre tuas lato pecudes in monte uagari
Securus pateris : nec te mouet altius hircos
Ire uias, longumq; abitu tentare laborem.
En penè in ſegetes ſe corripit iſte. quid ? alter
Iſte, duas ſecum fallit ludendo capellas,
Abducitq; iter & ſtudio contendit in urbem.
Interea lenti recubas ſub tegminis umbra,
Et protecta rubi folijs tua membra ſopori
Declinare paras, & condere lumina ſomno.

Ph. Latè equidem pecus errat agris ó paſtor, & ipſe
Tondentes ſpecto uirgultum molle capellas.
Iſta uoluntati iam dudum paſcua noſtræ

Omnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Omnia, quàm latè uolucres defigis ocellos,
Conceſſere: equidem Deus hæc mihi pulcra colono
Arua dedit: iuſsitq; capros pinguesq; iuuencos
Paſcere, & inuiſam Codro, ſperare quietem.
Iuſsibus haud tamen iſta meis armenta repugnant:
Noſtra ſed hæc quoties inflat mihi fiſtula buccas,
Effuſosq; ſono contendit in æthera cantus:
Protinus aut latè ſubigentes arua capellas,
Aut teneros paruis ſalientes collibus agnos,
Errantesq; greges reuocat dominoq; reducit.
Interea aut feſſo libet indulgere quieti,
Aut calamos aptare ſonis, ceraq; tenaci
Iungere diſpariles proceraq; ſtramina culmos.
Scis etenim Melibœe ſacram quandoque Mineruam
Montibus in noſtris lætas agitare choreas,
Et paſtorali diducere carmina ritu.

Me. Fœlicem tali rerum te ſorte: quid ultra
Expetat armentis paſtor, quàm paſcua capris
Læta dari: proprioq; boues in ceſpite gramen
Sublegere, & totis recubare in montibus agnos?
Nos equidem miſeri, ſubuerſaq; penè tenemus
Prædia iam magna tacti formidine ruris:
Incerti quo fata ferant, quidue iſte relinquat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Agricolis miles, quem nunc certiſſima diuum
Ira, ſolo iuſſit blandum confidere noſtro.
Multa equidem populi iactata feruntur in ore,
Multaq; dira canunt paſtoribus: ô mihi clades
Quis Deus auertat turbatáq; corda ſerenet?

Ph. Deterior quo cuique uiro eſt animusuę manusuę
„ Sic mage uel ſorti metuit uel pectora uanis
„ Afficit acta modis ſtudioq; affligit inani.
Nos equidem præſtare bonos Meliboee, deoq;
Parentes decet, ac hominum contemnere ſtultas
Quas præſaga mali fingunt ſibi pectora curas.
Ipſas ſi libeat diri Buſyridis iras
Et Latium uincat ſcelerum feruore Neronem,
Aſſertumq; lupis ſuperare Lycaona tentet:
Haud perculſa tamen frangas ita pectora, nullo
Vt ſpem non foueas ſecli melioris azylo,
„ Si facias quæ recta, & cœlo iudice uiuas.

Me. At nos iſta dies comprendit Phœdre: beatis
Quo propè nil fuerit uirtutibus alta dicare
Pectora: quòd ſimili tandem mercede trahantur,
Et referant pariles rebusq; ac uoce coronas,
Siue foros ſpargunt maculis cænoq; perungunt:
Siue luto purgant Augiaq; ſtercora ducunt.

Inſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Inſtituas uitæ numeros uirtutibus, omnes
Protinus inſidias tranquillo induxeris æuo:
Contrà barbarico uioles ſi iuſta furore,
Et petulans quæ recta dolo ſubuertis & aſtu:
Haud minus exitium tibi conficis ipſe necemq́;
Aut gladius iugulo celerat, fatisq́; miniſtrat:
Aut diuturnus edit fluitantia uermibus oſſa
Carcer, & immiti tabem ſqualore reponit.
Penè equidem qua tute agnos ô Phædre, pecusq́;
Exigis arte foro: ſeu tu pinguedine lucrum,
Seu macro ſpectas & uili corpore damnum.
Ph. Haud ignota quidem faris Melibœe: quod iſta
Iam uarias pridem conſciuit fama querelas,
Et perſæpe trucis commouit pectora uulgi.
Sed mihi nulla æquè paſtor ſecura uidentur,
Quàm recti ſtudio uigiles fallentis ocellos
Ludere, & officijs auidos præuertere morſus.
Haud etenim uirtus tantum ſibi pulcra beati
Eſt pretij cumulus, patriumq́; uireſcit in orbem,
Verùm tuta etiam nonnunq̃ ſede morari
Efficit, & fruſtrà diros horrere Tyrannos.
Hac ſeſe intereà ſuſtentent rura uiriq;
Paſtores, & acerba leuent ſpe fata bubulci.

Nam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Nam que geſta Deo *, & mortalibus acta beatis*
Lex *inuicta probat, Stygius terit omnia* Pluto
Atq; *Acheronteo lacerat rectiſsima uultu.*
Sed ne cede malis : fortaſſe ea tempora cœlum
Et fortuna dabunt, ueteri quibus omnia ritu
Incipient medios inter ſplendeſcere luctus,
Et barathro concepta metus tormenta reſignet.
Me. *Haud mihi parua animo quondã ſpes ducta fuiſſet*
O paſtor, uitæ duros aliquando labores
Hijs ſtabulis, magno diuûm potuiſſe leuari
Conſilio, fatis ſaltem licuiſſet & auræ,
Daphnidis extincti genio ſupereſſe beato.
Ille etenim gregibus quantiſper ouilia noſtris
Et pecorum numeros, ac paſcua læta ſenili
Curabat ſtudio, redimitq; laboribus annos :
Et ſibi paſtorum coniuncta pericula duxit.
Scis Lycidæ pecudes tacitis quandoque luporum
Inſidijs patrio direptas monte, diuq;
Erraviſſe boues, quotquot ſupereſſe rapinæ
Contigit, & nullo ſparſos cuſtode uagari :
Daphnidis at noſtri cura ſtudioq; reductos,
Et prætenſa feris uenabula lata, plagasq;
Saltibus obductas, & cinctos agmine montes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Concluſos igitur canibuſq́; plagiſq́; uiriſq́;,
Exceptoſq; lupos numero pendere:quibuſdam
Direpta extremam celerarunt tergora mortem.
Nec meritas tantum pœnas fera capta luebat,
Amiſſos etiam Daphnis tum fortè iuuencos
Et diſparſa procul Lycidæ iumenta refecit.
Tantum illi noſtris ſtudiumq́; & iuncta uoluntas
Rebus erat:miſeris uixit tutela colonis,
Et ſacra paſtorum toto fuit anchora regno.
Tali fœlices ſocióq; & principe noſtra
Pauimus,& patrio ſecuri uiximus aruo.
Huius enim ſæui rigidiſsima monſtra leones
Inſidijsq́; lupi faciles, urſiq; proterui
Permetuere manus,umbros, uenabula, caſſes.
Ocia quapropter molli nos lenta ſalicto
Hactenus excipiunt,uiridiq; in gramine totos
Permittunt curare greges,pulſóq; periclo
Aut ſtabulis pecus,aut campis luſtrare ſecũdis.
„ Eheu cur primo fœlicia quæque receſſu
„ Diffugiunt? forti cur optima durat azylo
„ Nulla dies? celeri rapiuntur turbine quæ ſunt
„ Grata Deo,& latè mortalia commoda firmant.
Ph. Ne tam;ne Melibœe animo turbere: parumper

Abſtineas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Abſtineas gemitu,nec te conſeceris ira.
Pone pedum,placiduſq; ſolo requieſce:uetuſto
Nomine Valbyacis celebrari in montibus, audis
Nonné rubum? rubus iſte Deo ſtat iudice,magni
Forſitan euentus & ſeri numinis index.
Aut quid ſuſpiras etiam? requieſce ſub umbra
Hac paulisper, iter tibi noſtra leuarit
Fiſtula,quæ tenui iam nota foramine, multos
Vindicat à magnis quos uerſant pectora luctus:
Hæc tibi uel rerum facie laſſata recenti
Succinat,& grandes repetens feret alta querelas:
Vel minimè dubio comperta uolumine narret
Proſpera:quæ uitæ ſpacium melioris obibunt,
Et nebulas Phœbi ſurgentis lumine pellent

Me. Quæ paſtor meliora canet? ne finge,quod uſq;
Eſſe nequit: ſatis eſt miſeros uixiſſe colonos,
Ne uanos etiam populus proſcindat & urbes.
Nulla mihi uitæ fœlicis ſigna diesué
Phædre,meos quocunque oculos animumq; reuoluo
Apparere queant:paßim turbatur in agris,
Et miſeras fruſtra tendunt ad ſidera dextras
Paſtores. Dormire Iouem ſi ritè uetuſtas
Finxit,& Aegipti fœcundos uiſere colles:

Hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Hoc equidem ſeclo, parili dormire ueterno
Argumenta feris collecta è moribus huius
Sentinæ mundi, ſcelerum teſtantur in uſu.
Olim fulminibus flammiſq; uoracibus urbes
Terruit excelſi numen Iouis: omnia noſtro
Aſt impunè ſcelus peragit, plauſumq́; furori
Quiſque petit: ſurdo nimium dant uota Tonanti
Hijs quicunque malis finemq́; doloribus orant.
Deniq; ſi repetam noſtræ incunabula uitæ,
Et teneram à pueri ducam feruore iuuentam,
Longa equidẽ mihi ſecla fluũt: iam maxima noſtros
Luſtra decem uarijs agitare tumultibus annos,
Et cano perfuſa pilò mea tempora cernis.
Tu uerò primis etiamnum floribus iſta
Ignoras fœlix, quæ nos grauiora coloni
Aut ſumus experti, aut miſera uitauimus arte.
Vt nunc cunq; cadat, priſcos ita Phædre recordor
Aetatis noſtræ numeros uiridemq́; iuuentam:
Vt ſtudio prorſus uigili curaq́; notarim,
Omnia præteritos quæcunque amplexa parentes,
Continuare uices rerum ſorteſq; futuras
Debuerant, noſtraſq́; domos & rura tueri.
Deterius plerunq;, Deûm ſeu numen & auras,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Seu fatum ſortita, euentibus uſa malignis
Haud ueteres æquare bono potuiſſe colonos,
Tradita nec ſolitis moderari legibus arua.
Aemylus hijs primùm nobiſcum paſtor in oris
Armentum latè pauit, latiſsimus ipſe
Imperio produxit agros paſcentibus, acri
Strenuus ætatis genio, rigidusque peregit
Officium: poſuit caulas, & ouilia ſeptis
Armauit uigil, ac campis defixit apertis
Paſcua, nec tenui ſuppleuit inania fœno.
Illo igitur cuſtode boues habuere caprosq;
Cornibus excelſis & dulci ſumine pingues
Maiores noſtri: qui tum ſua prædia circum
Hos tenuere ſinus, & oues curare tenellas.
Hic cum cœlicolis cladem minitantibus orbi
Huic noſtro, fatis concederet: arua ſecundo
Excipit ingenio timidis ſeruanda capellis,
Qui cum conſilio tantùm non maximus, atram
Sentijt ingenuæ ſortem uirtutis, & omnes
Triſtia fruſtrantur conatus tempora: nec ſe
Quòd curare potis, gregibus tutela ſubactis
Longa fuit: latuitq; diu, ſeu fata peroſus
Seu ſua rura gemens amiſsaq; prædia ſpectans.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ex illo certe fluere & ſublapſa referri
Vidimus hijs haud pauca locis:uariaq; colonos
Cenſura ſtudioq; premi, gregibusq; paratos
Sæpe dolos pecudesq; actas pecudumq; magiſtros:
Donec ab æthereis proſpectum eſt ſedibus aruo
Huic tandem noſtro: uenitq; in rura pecusq;
Daphnis,& egregio paſtoribus adfuit uſu.
Hinc aliqua miſeri nos libertate potimur,
Atq; utcunque boues ſecuri paſcimus:illam
Indomiti quamuis ſubuertere fraude dolisq;
Haud metuāt.licet ipſe etenim pulcherrima Daph-
Et tranquilla daret uiuendi iura colonis: (nis
Cumque ipſo cura nullus maiore capellas
Lanigerumq; pecus concuſtodiret,& acres
Pelleret inſidijs urſosq; luposq; ferasq;:
Haud tamen aut noſtris auertere montibus omne
Quod quis iure ferum dicat, meritoq; fugandū,
Aut gregibus poterat ſperatos ducere fructus.
Multa equidem ſapiens tolerauit paſtor, & omnes
Huc animos uertit,ne quid uicinia turbet,
Quod motum flammas & longa incendia uulgat.
Impulit hæc igitur ratio me,ut Phædre putarim
Haud deînceps tuto noſtras conſiſtere uitas
Poſſe loco,aut placida ſeruatas lege beari.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ph. Longa equidem rerum tibi ſunt exordia, longos
Circuitus ducis: nec tete ambagibus altè
Prouectum capimus, niſi iam fortaſſè ſenili
Plurima conſilio uideas, prudensq; priori
Coniungas ſeclo uenturæ tempora uitæ.
At mihi ſi contra liceat contendere multò
Nunc magè polliceor fœlices eſſe futuros
Agricolas, quicunq; ſolum uel farre ſuburgent
Et producta citis fabricantur aratra iuuencis:
Vel paſtorali ducuntur lege, bouesq;
Ruriculas curant & paſcua læta ſequuntur.

Me. Et magè fœlices etiam? prius æquora latè
Quæ diffuſa uides tumidis agitarier undis,
Deſtituent imo ſiccatum uertice fundum,
Et ſcopuli ſegetes referent campiq; marini.
Quin totis utinam liceat contendere uotis,
Ne miſeros etiam pòſt experiere magisq;
Afflictos: Satis eſt conſueto fata lapillo
Voluier, & faſtos non triſti ſidere duci.

Ph. Haud tamen auerſus nimiũ aſpernere loquentem:
Percipias quæ læta uelim retuliſſe benignis
Auribus, & uotis animo coniungere noſtris.
Et ſimul ignaros ſecli ne crede prioris
Viuere nos Melibœe: equidem trigeſima meſſis

Hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Hoc cinxit caput, & rebus percoxit acerbis.
Multa quidem patrijs accepta penatibus hauſi,
Multa uiæ perſpecta dabant: haud pauca colonos
Inter & afflictas didici triſtiſsima turbas.
Ac quamuis nequeam ueteres ſperare Tyrannos,
Aurea ſub quorum florebat honoribus ætas,
Fœlicesq; domus & ruſtica tecta fuerunt:
Omnia uirtutum ſtudijs quo tempore rura
Stabant, nec miſero nutabant arua tumultu:
Attamen ut captus nunc eſt mortalibus eius
Fortunæ: haud dubitarim maxima paſtor in agros
Commoda, non tenui rerum promittere quæſtu.
Me. Ergo age ſi quod habes tam lætæ ſortis & horæ
Indicium, noſtris ductùm ſermonibus iri
Phædre ſinas. uarijs ſpargi rumoribus arua
Ignorare nequis, leuibusq; minarier agnis
Exitium, quæ ſama graues per rura querelas
Seminat, ac dubios turbat maleſuada colonos.
Ph. Haud equidèm tantos animo Melibœe labores
Solus alis, ſcio deſpectas quæ triſtia mentes
Exagitant, fato non iam concepta recenti:
Sed patribus iactata uiris, ſecloq; priori
Cognita uenturis animos lacerare periclis.

Scis etenim, ſcis ipſe pedes te & lumina nuſq̃
Hijs aliquot luſtris & rerum mole tuliſſe:
Diuerſas ubi non uoces atq; horrida uulgi
Spargier audieris tetrico præſagia uultu.
Non etenim ſoli paſtores atra canebant:
Verùm iſtos etiam rigidos quæ ciuica muros
Turba colit: quiqué aërias loca ſplendida turres
Hæc habitant, metuere focis domibusq; ſuperbis:
Si qua fortè die crudeli occumberet umbra
Daphnis, & haud dubiæ ſacraret funera morti.
Me. Hæc equidem ô paſtor res eſt, quæ rura uirosq;
Vnica præcipiti formidine turbat & urbes.
Sublato fatis Parcaq; furente necato
Daphnide, qui noſtris placidè regionibus omne
Armentum curauit, & æquo paſcua uultu
Complexus ſeruauit oues ouiumq; magiſtros:
Protinus euerſa rerum ceu lege, futurum
Vt pecus arripiant genijsq; ferantur iniquis
Paſtores multi: qui quem magalia cœlum
Et fortuna uelint iterum moderarier, aut quem
Daphnidis extincti concuſſa capeſcere regna,
Sortem eſſent ferro ducturi & ſanguine: cum ſe
Quisque ſuis rerum muniſſet uiribus: atq; hunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Vrbicolæ ciues, alium gens noſtra coloni
Expeterent: alium quos purpura flexilis ambit,
Extremasq; togæ præcingit nexibus oras
Mæandro ſimilis dubiaq; in imagine ludit:
Cumq; illum extincti cumulẽt merita alta parẽtis:
Hũc foueat ſpes longa ſenem: trahat inclyta uirtus
Hunc etiam: huic animos congeſta pecunia firmet:
Huic genus & proaui repetitas uindicet urbes.
Aut alium certè quemuis ferat error, ut altis
Montibus aſpiret bellisq; mapalia mergat.
Quod ſi quæ campis ferat inclementia Diuûm,
Actum equidem prorſus fuerit: fractaq; ſalute
Has miſeras euertet opes: cum præda futuri
Militibus ſumus, & uitam fugiendo bipennes
Saltibus ignotis ac cœca in ualle tuemur,
Expulſi grauida cum uxore penatibus & dijs.
Heu dubiam uitæ ſortem paſtoribus, illos
Siue beet rigidi lectiſsima copia ruris:
Siue animos nullo recreent laquearia fructu.
Ph. Et mihi non aliæ dudum percellere mentem
Cæperunt curæ: tibi namq; hæc uera fateri
Collibitũ eſt, poſtquàm ſeſe angulus omnis in iſtas
Solueret, & tumidas proflarent guttura uoces.
Etſi multa quidem ſtatuam, non pectoris alto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Profer, & hac releua dubiam formidine mentem.
Ph. Vnum eſt, ſollicito tibi quod Melibœe relatum
Expediet curis animum, pectuſq; ſereno
Imbuet affectu & tranquilla in pace locabit.
Ac ne te ambages & longa per orſa tenebo,
Craſtina ſpectaclum noſtra hac præſtabit in urbe
Lux tibi, turrigeros ſi fortè inuiſere colles
Hos libeat, mediumq; foro turbaq; morari:
Quale prius noſtris fugiens paſtoribus ætas
Nulla dedit, ſeu uicinos repetiueris annos,
Seu ueteres ritus ac ſecula priſca reuoluas.
Quæ nos ſæpe graui paſtores prodita uultu
Triſtia perturbant & multas hactenus urbes
Sollicito nimium tenuerunt fata tumultu,
Verſa fauore Deûm ferimus cœloq; dirempta.
Non etenim Melibœe greges aut plurima noſtros
Turba petet, dextráq; truci ſua mutua denſent
Vulnera, & obtrito ſtabulum conſorte gubernent:
Aut triſti diuûm uultu fatoue maligno
Gorgoneiſq; minis & iniqua ducitur urna
Ille, Deûm ſoboles longè auguſtiſſima, noſtris
Qui ſuccedet agris commiſſáq; rura gubernet.
Me. Vnius anne igitur tandem contentio ceſſit
Arbitrio, & litem fato meliore diremit?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Ph. Et ceſsit Paſtor, res eſt & digna relatu
Ingreſſo ſtabulum nunquam latraſſe Lyciſcas.
Me. Haud me Phædre latet quid dira pecunia poſsit:
Aut celata diu captatáq; gratia lucro.
Ph. Agnoſco ueteres hominum Melibœe ſuſurros:
Sed tu fatales populi metuiſſe querelas
Deſine, iam tutos ſubierunt carbaſa portus.
Daphnidis æthereo delectus ab agmine natu
Maximus, hæc equidem curabit ouilia, lato
Imperio fœlix uentura & ſorte beatus.
Me. Fauſtum ais, aruorum qui pridem iura uicesq;
Paſtorum duras, niuea comprendere dextra
Cepit, & haud triſti tolerare mapalia uultu?
Ph. Hunc equidē Melibœe, Deus quem et ardua uirtus
Extra omnem inuidiæ numerum, ſortisq; tremendæ
Conſtituit iuuenem fatóq; exemit acerbo.
„ Sic ſurgunt, quos celſa ferunt ad ſidera Diui.
At quorſum lacrymas profundunt lumina? nūquid
Diſplicet, agricolas aliqua iam clade leuari?
Me. Hoſtibus iſta ſient ſceleris ueſtigia noſtris.
Aſt mihi læticia perrumpit ſpiritus alti
Corporis, & cupidum pertentant gaudia pectus:
Haud me contineo, cum quanta pericula campi
Aut fugiunt noſtri, aut quanto ſeruantur honori

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Floreſcentq; bonis auidus conſidero: quid nos
O paſtor deinceps, ni res ea uana feratur,
Aut animos onerare metu curaq; uelimus,
Aut non plaudenti ceciniſſe tripudia uultu?

Ph. Immò age, iam nullo metuendos turbine flatus
Iuppiter, haud ſæuo proſpectans lumine campos
Et ſubtriſte ſolum rurisq; pericula noſtri,
Diſcuſsit radijs toto candentibus aſtro,
Dum uidet aërios & temperat omnia montes.
Vtq; nihil lateat, Lux en tibi craſtina totam
Producet pompam, qua tanto exordia FAVSTVS
Vindicet Imperio, noſtraq; à gente Coronam
Suſcipiat, ueteriq; ineat ſacra munera ritu.

Me. Ah fortunato paſtor me ſidere tandem
Huc uertiſſe pedes: quamuis non parua ſequutum
Damna, & ſollicito tentantem paſcua greſſu.
Errauere boues etenim, fortaſsè tumultu
Dilapſi: nec enim ſtudio cuſtodis abactos
Suſpicor, & tacita ſparſos iam fraude uagari.
Tertia ſectantem latiſsima paſcua, ualles
Scrutantemq;, dies hæc circum prædia uidit.

Ph. Anne boues etiam? quo ſigno fare notaue
Diſcretos? equidem uicino nuper in agro
Palantes quidam pecoris cuſtode reperti

Tum

Tum Lycida, prope decliues ubi littus arenas
Aequoreis miſcet nonnunquam fluctibus: & iam
Altera lux ſtabulis clauſos, uiridiqúe refectos
Gramine proſpectat: Lycidas per ruſtica paßim
Prædia ſeruatos memorat dominóq; teneri.

Me. Alter & exertam pinguißimus explicat aluum,
Et niueo pullum diſtinguit limite corpus,
Qua protenſa cadens ſubiectam linea frontem
Permeat, & geminas hinc atq; hinc diuidit aures.
Alter ſpadices ſubtoruáq; lumina uultus
Altior oſtentat campis graditurqúe ſuperbum
Ac minitans iter, & mento palearia pendent,
Poſteriorqúe pedum tota ſuffragine candet,
Qua latus in dextrum niueo pulcerrima gyro
Ilia, creſcentis referunt noua cornua Lunæ.

Ph. Certè equidem ſpecie ſimili uultuqúe iugales
Vidimus hos Melibœe, nec eſt quòd triſtior illos
Eſſe tuos dubites, finemqué laboribus addi.

Me. Ah Lycida, Lycida, ueteres ut ritè parentes
Maioresqué tuos ſequeris: quæ plurima noſtris
Turba locis quondam ualuit pietatis & æqui
Iuſticiæqúe bono: magnis cum ruſtica ſtarent
Laudibus, & florens habitaret prædia uirtus.
Nec quid Phædre prius mirer celebrēqué canendo

Reppererim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Reppererim, libeatné magis ueſtigia noſtri
Errabunda bouis curaué Deoué ſequutum,
Poſſéq; ſeruatos ſtabula ad conſueta reduci;
An uerò tantis ſuccreſcere laudibus æui
Progreſſus FAVSTO: nulloq́; hæc celſa tumultu
Fata agier, pecudesq́; illo cuſtode per arua
Ruricolis impunè ſequi paſtoribus, atq; hîc
Excuſſo tandem terrore licere morari?
Ph. Vtraq; res magni conſtat, certisq; Deorum
Conſilijs agitur. Priuatis publica rebus
Anteferenda ſcias, quæ commoda legibus urbes
Ruraq́; decernunt, patrioq́; parantur honori.
Et tu iumentis equidem gaudere repertis
Vt merito poßis, ita te quoq; uota precesq́;
Concipias, moneo: Sceptriq́; exordia Fauſto
Fauſta roges: adituq; noui tentare ſecundo
Imperij culmen, longaqué in pace tueri.
Me. Imò age, iam toto ſaliunt præcordia geſtu,
Nec mihi cura boues: Fauſti uirtutibus omni
Hæremus ſtudio, uotisq́; accedo futuris,
Pectoribus: neq; enim tenuis mea tibia quiddam
Grande ſonare potis, meritis æquauerit auras
Docta nec Aonio ſuppleuerit ora calore.
Tu cantando, Deos hominesq; ferasq; ſolumqúe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Et cœlum reficis: rectè tibi noſtra canenti
Fiſtula concedet, totoq; exacta Theatro
In plauſus ſtudioſa tuos geniumq́; feratur.
Ph. Téne etiam magno paſtorum errore teneri?
Iudicióq; parum cauto Melibœe Poetam
Credere? uos facili uenalia cuncta labello
Salticolæ geritis: ſi quis tamen adſerat aures
Vocibus, & dicto ſubſcribat uanus inani.
Haud equidem tali res eſt pingenda colore
Vates eximius: ſacra quem numina Lauro
Seráq; Phœbeis dignatur honoribus ætas.
Solus in hoc quondam nobiſcum ceſpite Myrmix.
Vixit, & egregio qui fallere tempora uerſu
Norat, & inſigni cenſura animóq; notauit
Carmina, ſeu primis perfecta laboribus, alto
Seu ſenio diducta fretum campoſq; liquentes
Aethereosqué ignes terrasqué deosqué referrent,
Et magno Heroum ueherent præconia plauſu.
At poſtquam humanis exemptus legibus, æuum
In cœlos Myrmix reditumq́; animumq́; tuliſſet:
Haud equidem noſtris, meritò quem ruſtica uatem
Eximium cenſura uocet, regionibus omnes
Extulit ingenij ueneres, cultumq́; canebat:
Sed tenui quadam ac ieiuna pallade multi

Pierios

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Pierios tentant colles, & Apolline famam
Aduerſo captant, gelidóq; furore ſequuntur.
Tu tamen antiquos inter memorande Poëtas
Iam dudum primas turba plaudente tuliſti,
Atq; exantlatos hominumq; Deumq; labores
Conſtructasqué caſas gregibus, rurisqúe beati
Munera cantabas, ſegetesque pecusqué canesqué:
Et puer Edilium memini contendere fruſtra
Surgentesqúe tibi muſa captare corymbos.
Me. Ille equidem noſtra tum uictus arundine, magno
Paſtorum riſu turpes ſe fudit in iras,
Perfregitq; manu calamos ſaxóq; reliſit,
Et mea commoto deſpexit præmia uultu.
Fiſtula tum noſtris hæc integra uocibus, acri
Haud detrectabat certamine magna uocare
Numina, & æquales inter luſiſſe colonos:
Nunc carie corroſa ſitúq; obſcura ſenili,
Horret doctiloquos inter certare Poëtas:
Aut perfecta graui contendere carmina flexu.
Qualicunque tamen ſuperat uirtute ſequamur
Verſus Phædre tuos, & Fauſto uota feramus.
Ph. Haud me ductorem Meliboee decebit obire
Officium. præſtas ſenio numerisqué uetuſtis,
Nec tua formidat conſuetos tibia cantus:

Incipe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Incipe, propitio res hæc Ioue tanget olympum.
Me. Omnia creſcenti uultuſq; & lumina Fauſto,
Terrarumq; ſinus refluiq; uirentia ponti
Littora, prærupti montes campiq; ſupini
Detulerint huc quodque ferat ſua ſemina mitis
Naturæ, ac uotis accedant ſidera noſtris.
Omnia conceptos teſtentur ouilia plauſus
Erranteſq; lupi ſyluis, habitatáq; pulcris
Luſtra feris, damæq; leues capreæq; fugaces.
Huc Phœbus radios, huc Iuppiter adſerat aures,
Regia ſtella faces: huc ſe natura Deuſq;
Vertat, & æterno confirmet uota Triumpho.
Eſculus ut nemorum medio floreſcit, & altos
Præcipitat tellure pedes, fundiq; latentis
Viſcera ſcrutatur: quantumq; cacumina cœlo
Exerit, ac forti proſpectat robore uentos:
Hærentes tantum ſubmittit in intima fibras
Tartara, et acta Deo firmis radicibus extat:
Haud aliter ſummo contendat Fauſtus honori
Et caput æthereos fœlix aſſurgat in orbes:
Ruraq; ſuſcipiat tutiſſima legibus & re,
Firmus iter uitæq; gradus, diuumq; fauores.
Mox, ceu nulla comã conuellunt frigora Lauro,
Sidereisue cadit perflata caloribus: at ſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Suſcitat & cariem contra fulmenq; Tonantis,
Et tentata gelu uirides fouet æmula ramos,
Inuictosque Deo ſeruat pulcherrima uultus:
Sic noſtris floreſcat agris, & rure beato
Fauſtus agat, uiridiq; aduelet tempora Lauro
Semper, & à nullo metuat ſibi frigora lapſu.
Deniq; Pampineis ut turgida uitis abundat
Frondibus, & dites intertegit uua corymbos:
Cum magna pendent glomerati claſſe racemi,
Nec metuunt ſubitos Autumni uindicis imbres:
Sic fæcunda meent optataqué ſecula FAVSTO,
Et patrio aſpiciat ludentes rure Nepotes.
Omnia proueniant genio diducta ſecundo
Ac fortunata concludant tempora luce.
Interea creſcant molli ceu condita cœlo
Fœlices mali, quercusque & candida fagus
Optatæq; comis Lauri, corylusq; ſilerqué
Pingueq; gramen equis, iuxtáq; dicata cupreſſos
Cautius aſſurgat ſpinis Paliurus acutis.
Vtqué ſinu genitrix ſobolem fidiſsima molli
Sollicitoqué fouet, geminatáq; uiſcera geſtat:
Paſtores alio non pectore Fauſtus & arua
Soſpitet, & dulci complexu prædia condat.
Huius ut ingenio tandem ac ſolertibus annis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Agricolis ueterem liceat ſperare ſalutem.
Secura dormiſcat humo, certamq; quietem
Et gratos nulla captet formidine ſomnos.
Permeet hic terram, & uultu ferat omina miti
Phœbus,& haud nocuos immittat in arua calores.
Nec uentos acri propulſos turbine uerſet
Tempeſtas,noceatq; gregi flatuué moleſtet
Surgentes calamos,nec ouilibus auferat agnos:
Sed prouiſa Deo longæ ſtent cuncta ſaluti,
Et fœlix patrio lætetur Fauſtus in orbe.
Ph. Vt feßis ſopor eſt,& grata canentibus umbra,
Vtq; oculis haurire diem,phœbiq; refuſas
Proſpectare faces cœloſq; uidere, uoluptas:
Sic mihi percellunt auidam tua carmina mentem,
Ac animis referunt, quæ maxima gaudia noſtris.
Tuné etiam Muſam, tuné accuſaueris artem?
Aut tantam ſteriles ſaltus habitare Thaliam?
Fœlices equidem tali te paſtor alumno
Agricolas: quamuis longos iam ſegnior annos
Dinumeres, meritis ſi præmia uerſibus eſſent,
Et ſolita ueteres florerent laude coloni.
Eia age,ne calamos quantum ſinit aura Deuſq;
Submoueas labijs:ſueta nec ab arte canendi
Fiſtula,quantumuis iam trita foramine,ceſſet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Sed quid ego hæc tandem: fœlici carmen auena
Hoc canis, & merito nunq̃ ſpolieris honore.
Te ſequar, ut nullis æquandi uiribus: iſtam
Quis ſimili ſtatuat uerſu contendere laudem?
Sic herclè ingenio facili ſtudiòq; parato:
Siue id naturæ iam floreat indole, Myrmix
Quod meus expenſo teſtatur Apolline: ſiue
Vſibus incaluit, quod tu Meliboœ Lycusq́;
Et Serrana probat: nihil hîc mihi uendico, diuum
Paſtor opus cœliq; ignes ac munera noſco.
Si qua meos igitur digitos iam ſpontè ſequantur
Carmina, nec ſterili conſueta foramina labro
Expediam: diuos equidem ſacramq́; Mineruam
Atq; excita uelim Phœbei iura parentis:
Vt Fauſto decreta ferant noua præmia, uerſus.
Carmina Phæbus amat, uiridiq; exacta coronat
Lauro, quis Phœbo uelit aduerſarier? orbem
A Ioue flammiferũ nitida & regit aſtra, ſecundus:
Et Fauſtus certè cantari dignus, in arua
Seu mitis tendit, ſeu ſpectat amabilis urbes.
Vix iam tondenti prima lanugine mentum
Barba reſecta cadit: qualis cum lactea guttis
Purpureas miſcent æquata coloribus: aut cum
Candentes inter uiolas roſa mixta recumbit

Eximijs

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Eximijs rubicunda notis oculosq; ſerenat:
Sic ætas Fauſto, ſic uultus et ora manusq;
Imperijq; aditus, ueteriqué ex hoſte Triumphus:
Omnia prima uirent: uix quinque recentia cōdunt
Luſtra dies, nobisq; animum paſtoribus addunt,
Poſſe aliquando dijs authoribus omnia priſco
Reſtitui collapſa loco, ueteresq; ruinas
Imperio refici, dilapſáq; rura reduci.
Interea agricolæ uotisq; animóq; ſequamur
Ardua ſcandentem ueteri faſtigia ritu,
Et Fauſto quæ læta ac orbi commoda noſtro,
Quæq; greges patria cumulent pietate, precemur.
Poſtq̄ etenim cœlo uiſum eſt magnoq; Tonanti,
Aurea ſimplicibus tandem reditura colonis
Secula, & in noſtros ea condere fata Nepotes:
Principiò cœlos animis ſtudioq; Tonantem
Complecti decet, ac Pacem depoſcere diuos:
Supplice mox ſacrata manu dare thura, molaué
Imbuere accenſas onerareq; fructibus aras,
Et paſtorales geminare in ſidera queſtus:
Vt uotis animisq; pijs precibusq; ſecundis,
Perculſo triſtes ferimus quas ore coloni,
Cœlica placatis intendat honoribus aula:
Et fauſtam Fauſto contingere poſſe Coronam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Perficiant, ſocijsq; dijs hæc ſceptra teneri:
Et cœlo moderante pecusq; & paſcua magno
Exundare bono, ſperatáq; commoda duci.
Nec fruſtrata polo cadit expectatio: læuum
Heſterna modulans eadem cum luce rogarem,
Intonuit, toto fœcundus & æthere lapſus
Iuppiter optanti ſimilis plauſumq; ferenti
Maximus irriguo perfudit paſcua rore:
Nec tamen aut ſteriles culmo deiecit auenas,
Aut ſuſtentanti ſegetes decuſsit ariſta:
Pulcra ſerenato ſed mox ut lumina uultu
Solueret, & lætos cohiberet coniugis imbres,
Hos equidem nebulis radios uentisq; fugatis
Immiſit Phœbus, tantóq; reſplenduit igne
Quãto noſtra uides hæc ſtringere gramina curru,
Et premere ardenti ſubiectas lampade terras.
En placidis etiam conſiſtere fluctibus undas,
Molle nec excitis agitarier æquor arenis.
Vt tranquilla ſilent nunc omnia? et aſpice quanto
Surgit agro, quantisq; tumet ditiſsima ripis
Scania, & Anchonæ conſurgunt uertice turres,
Sublatiq; freto tendunt ad ſidera montes.
En noſtros uiridi frondere cacumine ſaltus
Ac propè completis agrorum ſemina ſpicis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Exoptare manus iuuenum falcemq; morari?
Aut uolucres etiam quali nunc aëra cantu
Permulcent? fama eſt quo tempore Daphnis acerbo
Funere ſublatus ſuperos conſcendit in orbes,
Conticuiſſe, graui confectas roſtra dolore:
Nunc uerò quantis agitata tripudia ſoluunt
Vocibus & magno circum ſtridore feruntur?
En quantas natura uices, quantumq; futuri
Euentus, etiam paruis inſeuit alaudis
Alitibusq; uagis, quæ quanq̃ ſumma ſequantur
Aethera, & æterno recreent modulamine uentos:
Omnia præſago tamen inferiora uolatu
Penè ſciunt, plaudentq; bonis, triſtantur amaris,
Et ſua non lætæ ſubducunt guttura ſorti.
Vtq; magis mirere, etiam Philomela canenti
Mollit uoce dies, curáq; abducit inani:
Cum tamen ætherei diſceſſus Solis & ipſa
Sueta ſequi: Phœboq; Auſtrum repetente morari
Sepibus, & nullo geminare tripudia uerſu.
Vt ueniente etenim lætatur Apolline, ſic ſe
Continet exacto, cum ſcilicet ignea Cancri
Regna fugit, notioq; refert ſua fulmina Piſci.
Haud ea ſola tamen, reliquas quoq; cura uolucres
Sollicitat. magnis en corpora parua cateruis

Ferrier,& toto deducere carmina cœlo
Vocibus,ac tenues implere ſonantibus auras:
Audit humus,& pulſa refert ad ſidera plauſum.
Quare age concipias animo Melibœe ſereno
Optima,iam deinceps turbatis hoſtia fibris
Nulla cadet,læti uenient ad aratra iuuenci,
Telluremq; agitent facilem,ſulcisq; recondant.
Omnia terra ferat culturæ obnoxia noſtræ,
Florentesq; hederas,uiridesq; cacumine Lauros,
Et Caſiam gratasq; roſas,calamumq; fragrantem,
Et populi ſtudijs paßim naſcatur Amomum.
Deniq; propitijs ineat cœleſtibus illud
Munus,& haud dubios cõdat ſibi Fauſtus honores,
Commiſſumq; regat patrijs uirtutibus orbem.
Integer expediat quæcunq; negocia,nullo
Concidat affectu:miti Deus omine uultus
Proferat afflictis,nec acerbis cladibus actos
Terreat,& duro maculet ſolatia dicto.
" Principis à uultu triſtem diſcedere nullum
" Fas ſtatuat,niſi quem fortaßè proteruia triſtem
Flagitia,& meritis timidum fecere periclis.
Interea diteſcat ager,Cererisq; beatæ
Fructibus exundent campi,gratumq; legumen
Ac ſegetes cumulent:iterumq; iterumq; benigno

Aucta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Aucta ſolo frumenta metant & farra coloni.
Aequora luxurient & flumina piſcibus: undas
Temperet Oceano Nereus, fluctusq́; ſonoros
Mulceat & magnas celer inferat accola merces.
Tùm uerò quercus proceráq; corpora fagi
Glandibus incuruent ramos, ditiq́; ſubulcos
Promiſſo firment, nec inania corpora mittant.
Balantes fetura greges pulcrosq́; iuuencos
Multiplicet: ſiluis ludant & montibus altis
Capreoli, celeresq́; feræ damæq́; fugaces,
Et tenera lepores ueſtigent gramina planta.
Omnia fœlici conſpirent ſidere: Phœbus
Ipſe ſuos miti circumferat aëre currus,
Noſtraq́; propitio perfundat rura calore:
Et uiridi tellure leues prolectet ariſtas,
Educatq́; ſolo frutices, atq; excitet herbas.
Aërios paruæ uolucres & corpora, nidos
Compingantq́; luto plumisq́; ſequacibus ornent,
Seminaq́; æthereo ponant agitanda parente.
Deniq; paſtores fœlix Concordia noſtros,
Haud ſecus ac uinclis & fœdere ſtringat amæno.
Nullæ equidem lites, nulla has iniuria turbet
Dira caſas: metus omnis ouilia tuta relinquat,
Et procul in Scythicas abeat teterrimus oras:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Optatáq; diu iam libertate fruantur
Agricolæ,tendantq; manus & brachia Fauſto
Non manicis conſtricta feris,non pondere duro
Nec perculſa minis, tacitosué ferentia luctus.
Ipſe equidem noſter communia prædia Fauſtus,
Conſilijs dextráq; beet : promptosq; colonos
Excipiat niueo recreetq; mapalia uultu.
Poſtremò quantum campisq; ac urbibus altis
Aſtra boni,ſoliumq; Iouis diuumq; poteſtas
Contulit, agnoſcant paſtorum turba..ferantq;
Vota dijs:animisq; litent ſi larga facultas
Deſit,& exhauſto pecudes numerentur ouili:
Pectora detulerint Fauſto, ſociáq; cathena
Innectant dextras & ſpe ſua damna leuarint.
Triſtia depellant genio curasq; reſoluant,
Protinus & noſtro ſurgat gens aurea mundo.
Conſilijs Fauſtus populis,populusq; uiciſsim
Præſidijs Fauſto præat:ut dabit æmula uirtus
Quemq; ſequi,quo quemq; trahit pulcerrima uitæ
Gloria,& æterno ſtudium committit honori.
Atq; ita non noſtris tantum floreſcat in oris
Pax ſperata bonis:& agros contentio linquat
Commotos dubiosq; metu tacitisq; periclis,
Atq; exculta ſequi liceat paſtoribus arua:

Verum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Verùm quæ pridem dilapſa eſt turba, Gradiui
Quaſſa malis uariaſq; uices dirasqué ruinas
Poſtq̄ paſſa ſiet, ſpes eſt hoc poſſe uel actam
Fædere, & antiquos iterum remeare penates:
Et iuga priſca boues, ſtabula ad conſueta reduci.
Sic iuncto tandem grege Fauſtus ouilia ſolus
Tota regat, molliq; fouebit pace colonos,
Et patriæ extincto feret ocia longa tumultu:
Diuorumq́; aras rabida tueatur ab ira
Cyclopum furias contra fremitusq́; Gygantum,
Et regat æternis pacatum legibus orbem.
Me. *Huc huc Pierides, pulcerrima ferte Coronam*
Premia, Phæbeis ornatam frondibus, atq; hæc
Florentes Lauro circumdate tempora Muſæ.
O utinam mihi uel ſecli duriſsima noſtri
Conditio: aut quondam paſtoribus æqua uiriſq́;
Numina, quæ pingui cumulabant paſcua ſucco,
Prompta facultatem facerent: licet ilia Codro
Rupta forent, odijsq́; agitaret Lumbricus aſtra,
Cœlitibus grauis & totum execratus olympum,
Vatibus aſſcripto ſtares, quo maxima magnis
Ingenijs decreta loco ſunt præmia. Sed nos
Hæc fruſtra uotis optamus: ut ardua ſurdis
Fabula narratur? ſolum niſi cognita Fauſtum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

Excitet, aut ſeros apprendat fama Nepotes.
Ph. Non ſatis eſt Meliboœe pares, niſi forſan & illos ?
Deſine,turbatis animumq; & uincula ſoluit
Ira ferox, potin æthereis tua lumina ſtellis
Iungere,et hos ſtudio complectier arduus ignes?
Et te poſſe ſcio. Satis eſt : ruit ignea Phœbi
Fax uicina freto, pontiq; propinquat in undas.
Da calamos, libet errantes conferre iuuencos,
Paſcentesq; procul ſonitu reuocare capellas.
Deniq; labentem potes hanc tibi fallere noctem
Mecum uix tenui Solem nox occulit umbra
Cum ſublapſa diem celerat,lucemq; reducit.
Et Lycidas ueniet, Lycidæq; probatus Oſiris
Iſtius antiqui facto ſtudioſus aratro,
Et conferre iugo Tauros,& paſcere doctus.
Mitia iam pridem ſunt nobis poma,nouóq;
Sinus lacte ſpumat : caſeos dabit Ooſa caniſtris,
Et diſtenta truces ſubmittunt ubera uaccæ.
Cras ſocio Lycida, neq; enim remorabor euntes
Sed ſequar,ingreßi claram ueniemus in urbem
Spectatum populiq; gradus turmasque potentum,
Et Fauſto grates duplicatáq; uota feramus.

θεῷ δόξα.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

a Nepotes.
forſan & illos
ula ſoluit
na ſtellis
arduus ignes.
ica Phœbi
quat in undas.
re iuuencos,
capellas.
illere noctem
t umbra
reducit.
tus Oſiris
,
e doctus.
nouóq;
oſa caniſtris.
uaccæ.
labor euntes
in urbem
ue potentum,
amus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

VVITEBERGÆ
EXCVDEBANT HÆ-
REDES GEORGII RHAVV
4. die Aprilis, 1 5 6 0.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)

2146.

RGÆ
T HÆ,
RHAVV

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2146 8° (LN 664 8° copy 2)